nis ſerie, atque nexu; בְּצֵאתוֹ in exire eum, cum egrederetur, Geneſ. 12. v. 4., בְּצֵאתָם in exire eos, egredientibus ipſis, Exod. 5. v. 20., בְּיוֹם צֵאתֵנוּ in die egredi nos, quando egreſſi ſumus, Joſ. 9. v. 12. *Imperat.* צֵא egredere; *cum* ה *paragog.*, *& in pauſa* וְצֵאָה & egredere, & prodi, & veni, Judic. 9. v. 29., *Fœm* צְאִי, egredere, Cantic. 1. v. 8. *Plur.* צְאוּ, *& in pauſa* צֵאוּ egredimini, exite; *Fœm. cum* Jod *epenthet.* צְאֶינָה egredimini, Cantic. 3. v. 11. *Futur.* אֵצֵא exibo, egrediar, Exod. 11. v. 8., *cum* ה *paragog.* וְאֵצְאָה & procedam, & egrediar, 2. Paralipom. 1. verſ. 10., תֵּצֵא egredietur, Exod. 21. v. 7., תֵּצְאִי exibis, Ruth. 2. v. 22., יֵצֵא exibit, *Vulgat.*, qui egredietur, Geneſ. 15. verſ. 4., אַל־תֵּצְאִי, Jerem. 6. v. 25., ne exeas; *ſed Maſſor. notat ibidem in plur. legendum*, אַל־תֵּצְאוּ ne exeatis; *unde Vulgat. vertit*, nolite exire; *Plural.* נֵצֵא egrediemur, exibimus; תֵּצְאוּ, Geneſ. 42. v. 15., *& in pauſa*, תֵּצֵאוּ, Iſai. 52. v. 12.; *& fœmin.* תֵּצֶאנָה, Amos 4. v. 3., exibitis; יֵצְאוּ, *&* *in pauſa*, יֵצֵאוּ exibunt, egredientur; יֵצְאוּ, Ezech. 46. verſ. 9.; *ubi Maſſor. habet in ſingul.* יֵצֵא exibit, *ita & Vulgat. vertit*, egredietur; *Fœmin.* וַתֵּצֶאנָה, 1. Sam. 18. v. 6., *& ſine* ה, וַתֵּצֶאןָ, Exod. 15. v. 20., & egreſſæ ſunt. *Hiph.* הוֹצִיא exire fecit, eduxit, produxit, protulit, extulit, deprompſit: *Præter.* הוֹצִיא שֵׁם רָע protulit nomen malum, famam malam, Deuteron. 22. v. 19., *ubi Vulg. habet*, diffamavit nomen peſſimum: וְהוֹצִיא & efferet, Levit. 4. vv. 12. 21., *&c. Cum affix.* וְהוֹצִיאֲנִי & eduxit me, Ezech. 42. v. 15., הוֹצִיאָנוּ eduxit nos, Exod. 13. vv. 14. 16., הוֹצִיאָם eduxit eos, Exod. 32. v. 12., הוֹצֵאתָ eduxiſti, Exod. 32. v. 11., הוֹצֵאתָ & protuliſti, *Vulg.*, ut proferas, Job 15. v. 13., *ubi Maſſor. habet in fœm.*, וְהוֹצֵאת; *Fœm.* וְהוֹצֵאתְ לִי & afferes, *ſive* affer mihi, 1. Reg. 17. verſ. 13. *Cum affix.* הוֹצֵאתָנִי, Job 10. v. 18., *&* וְהוֹצֵאתַנִי, Geneſ. 40. v. 14., eduxiſti, & educes me; וְהוֹצֵאתוֹ & eduxiſti eum, Nehem. 9. v. 7., הוֹצֵאתִי eduxi; *Cum affix.* הוֹצֵאתִיהָ protuli hanc, Zach. 5. v. 4., הוֹצֵאתִים eduxi eos, Ezech. 20. v. 14. *Plur. cum affix.* וְהוֹצִיאֻהוּ & educent eum, 1. Reg. 21. verſ. 10. *Particip.* מוֹצִיא, 2. Sam. 5. v. 2., *&* מוֹצֵא, Pſal. 135. v. 7., educens, producens, proferens: *Cum affix.* וּמוֹצִיאִי & educens

cens me, 2. Sam. 22. v. 49., מוֹצִיאָם educens eos, Num. 23. v. 22. *Plural.* מוֹצִיאִים, & מוֹצְאִים; *conſtr.* מוֹצְאֵי proferentes, deducentes: *Vide etiam inter nomina.* *Infin.* הוֹצִיא educere, efferre, Ezech. 46. v. 20., Pſal. 104. v. 14., הוֹצִיא educere, Jerem. 7. v. 22., *ubi Maſſor. habet* הוֹצִיאִי *cum affix.*, educere me, *ſive*; (in die, qua) eduxi; לְהוֹצִיא ad educendum, ad proferendum; *Cum affix.* בְּהוֹצִיאִי cum educerem, Exod. 16. v. 32., בְּהוֹצִיאוֹ quando ipſe eduxit, Deuteron. 29. v. 25., לְהוֹצְאֵהוּ, Jerem. 39. v. 14., ad adducendum eum; *Vulgat. vertit*, ut intraret; כְּהוֹצִיאָם cum ipſi eduxiſſent (eos), Geneſ. 19. v. 17. *Imperat.* הוֹצֵא, Iſai 43. v. 8., הוֹצֵא, Geneſ. 19. v. 12., *&c.*, הַוְצֵא, *& juxta Maſſor*, הַיְצֵא, *cum* Jod *rad.*, Geneſ. 8. v. 17., *& cum* ה *paragog.* הוֹצִיאָה, Pſalm. 142. v. 8., educ, produc: *Cum affix.* הוֹצִיאֵנִי educ me, Pſal. 25. verſ. 17., הוֹצִיאָהּ educ eam, Ezech. 24. v. 6., הוֹצִיאֵם produc eos, Geneſ. 19. verſ. 5. *Fœm.* הוֹצִיאִי educ, Joſ. 2. verſ. 3. *Plur. cum affix.* הוֹצִיאוּהָ educite eam, Geneſ. 38. v. 24. *Futur.* אוֹצִיא, Exod. 3. v. 11., *cum* ה *paragog.* אוֹצְאָה, Geneſ. 19. v. 8., Judic. 19. v. 24., educam, producam; לֹא־תוֹצִיא non efferes, Exod. 12. v. 46., *ſed* Jerem. 32. v. 21. וַתֹּצֵא & eduxiſti; הֲתֹצִיא an educes, numquid producis? Job 38. v. 32., יוֹצִיא, & יֹצֵא efferet, educet, proferet; וַיֹּצֵא, 2. Reg. 15. v. 20., & eduxit, protulit; *Vulg. vertit*, indixitque; *Joa. Simon habet*, expendi fecit, exegit; *Cum affix.* וַיּוֹצִיאָהּ & eduxit eam, Exod. 4. vv. 6. 7., יוֹצִיאֵם educet eos, Num. 27. v. 17. *Plural.* נוֹצִיא proferemus, Num. 20. v. 10., יוֹצִיאוּ, & יֹצִיאוּ educent, proferent; *Cum affix.* וַיּוֹצִיאוּהוּ, 2. Reg. 12. v. 12., *& abſque* Vau, וַיֹּצְאֻהוּ, Geneſ. 19. v. 16., 1. Reg. 21. v. 13., & eduxerunt eum; יוֹצִיאוּם producunt ea, 1. Paralipom. 9. v. 28 *Hoph. Præter.* הוּצְאָה educta eſt, Ezech. 38. v. 8. *Partic. plur.* הַמּוּצָאִים qui educuntur, Ezech. 14. v. 22. *Fœm.* הִיא מוּצֵאת ipſa educebatur, Geneſ. 38. v. 25. *Plur.* מוּצָאוֹת educentur, *ſive* eductæ (*erunt*), Jerem. 38. v. 22. *Vide, quæ ſequuntur, nomina.*

צֶאֱצָא *m.* Filius, egreſſus *ex lumbis patris*, *Jca. etiam Simone interprete*: *Plural.* צֶאֱצָאִים prognati filii; *Conſtruct.* צֶאֱצָאֵי; *unde cum præfix.* וּמִיצְאֵי מֵעָיו, & prognati viſcerum ejus,

ejus, egreſſi ex viſceribus ejus, *id eſt*, filii ejus, 2. Paralipom. 32. verſ. 21, *ſcribitur in fine cum* Vau, *ſed juxta Maſſorethas legendum per* Jod, מ *potius Præpoſitio eſt*, *quam heemantium*, ex egreſſis e viſceribus ejus, *id eſt*, quidam filiorum ejus, *cui ſimile* מִילִדֵי. de filiis, 1. Paralip. 20. v. 4.

צֵא *m.* Sordes, excrementum, Iſai. 30. v. 22., *ubi Maſſorethorum gloſſa eſt*, *ſignificare* טִנּוּף inquinamentum: *Quibuſdam* צֵא *Imperat.*, *interjectionis vim habens*, apage.

צֵאָה *f.* Excrementum, ſtercus: *Conſtr.* צֵאַת הָאָדָם excrementi hominis, *Vulgat. vertit*, quod egreditur de homine, Ezech. 4. v. 12. *Cum affix.* אֶת־צֵאָתֶךָ excrementum tuum, Deuteron. 23. v. 13.

צֹאָה *fœm. Idem*: קִיא צֹאָה vomitu, (*&*) excremento, *ſive* ſordibus, Iſai. 28. v. 8. *Conſtruct.* אֵת צֹאַת excrementum, ſtercus (filiorum Tzionis), Iſai. 4. v. 4. *Cum affix.* וּמִצֹּאָתוֹ & a ſtercore ſuo, ſordibus ſuis, Proverb. 30. v. 12.

צֹאִים *maſc. plur.* Sordidi: הַבְּגָדִים הַצֹּאִים veſtimenta ſordida, excremento infecta, Zach. 3. v. 3.

צֶאֱצָאִים *maſc. pl.* Filii, prognati: res prognatæ, propagines, *quaſi* egreſſiones, *vel* progreſſus *dicas*: הַצֶּאֱצָאִים prognati, filii, Iſai. 22. v. 24., *qui ſunt* יֹצְאֵי מֵעַיִם, *ut Ab. Eſra ſcribit*, *id eſt*, egreſſiones viſcerum, egredientes ex viſceribus matris, *&* *ſic Chaldæus habet*, בְּנַיָּא filii: *Quidam vertunt* proventus: *Conſtr.* וְצֶאֱצָאֵי מֵעֶיךָ & prognati viſcerum tuorum, Iſai. 48. v. 19. *Cum affix.* וְצֶאֱצָאֶיךָ & prognati tui, *vel* a te, Job 5. v. 25., וְצֶאֱצָאֶיהָ & res prognatas ex ea, Iſai. 42. v. 5.

מוֹצָא *maſc. Dictio hæc varios præſefert ſenſus*: I. *eſt* Locus, *unde* exitur; *ut* oriens, *unde Sol* egreditur; fons, *ſive* ſcaturigo, *unde aqua* egreditur; fodina, *unde argentum* educitur: II. Locus, *per quem* exitur, *ut* porta: III. Exitus, egreſſus: IV. *Metaphorice* actio, conatus, *quando jungitur cum* מָבוֹא ingreſſus; *&* *metonymice* id, *quod egreditur*, *videl.*, fructus, proventus terræ: *item* ſermo, effatum, eloquium, pronuntiatum, edictum, *q. d. labiorum*, *vel ex labiis* egreſſio: כָּל־מוֹצָא שְׂפָתֶיהָ, Num. 30. v. 13., omne pronuntiatum, ſermonem, effatum labiorum ejus, (*audierit*);

Atque

Atque hunc ipſum ſenſum præſefert dictio מֹצָא Deuteron. 8. v. 3., 23. v. 24., Pſal. 89. v. 35., Jerem. 17. v. 16., *quibus in locis Vulg., aliique habent*, quæ procedunt, quod egreſſum eſt, quod egreditur de labiis meis, *vel* tuis; אֶל־מוֹצָא הַמַּיִם ad fontem aquarum, 2. Reg. 2. v. 21., *it.* 2. Paralip. 32. v. 30., יֵשׁ לַכֶּסֶף מוֹצָא, Job 28. v. 1., eſt argento fodina, vena; *Vulg. reddit*, habet argentum venarum ſuarum principia; מֹצָא דֶשֶׁא, Job 38. v. 27. (*ubi Maſſoretæ legunt cum* Vau, מוֹצָא); proventum, exitum herbæ; וּמוֹצָא הַסּוּסִים & egreſſio equorum, *Vulgat. reddit*, & educebantur equi, 1. Reg. 10. v. 28., מִן־מֹצָא דָבָר ab exitu verbi, ſermonis, Dan. 9. v. 25. *Cum præfix.* וּכְמוֹצָא מַיִם, & ſicut exitus, ſicut fons aquarum, Iſai. 58. v. 11., לֹא מִמּוֹצָא, non, neque ab Oriente, Pſal. 75. v. 7. *Cum affix.* אֶת־מוֹצָאֲךָ exitum tuum, 2. Sam. 3. v. 25., מוֹצָאוֹ egreſſio, ortus ejus, Pſalm. 19. v. 7., Hoſ. 6. v. 3. *Plural. conſtr.* מוֹצָאֵי בֹקֶר, Pſal. 65. v. 9., exitus matutini, *id eſt*, homines matutino tempore exeuntes; *eſt enim ibi figura, qua abſtractum pro concreto ponitur*; בְּכֹל מוֹצָאֵי in omnibus locis, per quæ exitur, in omnibus januis, *ſive* per omnes exitus (ſanctuarii), Ezech. 44. v. 5., מֹצָאֵי מַיִם exitus, proceſſus, rivi aquarum, Pſal. 107. vv. 33. 35., Iſai. 41. v. 18., כְּמוֹצָאֵי גּוֹלָה, Ezech. 12. v. 4., juxta egreſſiones transmigrationis, *vel* captivitatis, *ſive* eo modo, quo exire ſolent, qui in exilium abeunt; *Vulg. vertit*, ſicut egreditur migrans: *Cum affix.* וּמוֹצָאָיו וּמוֹבָאָיו, Ezech. 43. v. 11., & exitus ejus, & introitus ejus, *videl. domus*; מוֹצָאֵיהֶם לְמַסְעֵיהֶם; מַסְעֵיהֶם לְמוֹצָאֵיהֶם, Num. 33. v. 2., progreſſus, egreſſus, *vel* loca egreſſus eorum juxta manſiones, *id eſt*, caſtrorum poſitiones, *ſive* motiones; & caſtrorum poſitiones, *vel* ſtationes juxta egreſſus eorum; מוֹצָאֵיהֶן introitus eorum, *ſive* loca eorum, per quæ exitur, Ezech. 42. verſ. 11.

מוֹצָאוֹת *fœm. pl.* Exitus, exortus: *Cum affix.* מוֹצָאֹתָיו exortus ejus, Mich. 5. v. 2. *Item* latrinæ, excrementorum loca, *vel* receptacula: *Nomen in textu quidem Biblico non occurrens hac ſignificatione, ſed a Maſſorethis pro alia voce in margine ſubſtitutum*, *vide* חָרָא.

תּוֹצָאוֹת *f. p.* Exitus, Pſalm. 68. v. 21. *Conſtr.* תּוֹצְאוֹת חַיִּים egreſ-

egreſſiones, exitus vitæ, Proverb. 4. verſ. 23. *Cum affix.* תּוֹצְאֹתָיו exitus ejus, Num. 34. v. 4.

יצב יְצִיב *Chald.* Verum, firmum, veritas, certitudo: מִן יַצִּיב de vero, vere, Dan. 2. v. 8., וְיַצִּיב חֶלְמָא & verum eſt ſomnium, Dan. 2. v. 45., יַצִּיבָא verum eſt, Dan. 3. v. 24., וְיַצִּיבָא אֶבְעֵא & veritatem quæſivi, Dan. 7. v. 16., & *ſine* Jod, וּצְבִית לְיַצָּבָא & deſideravi veritatem, *ibidem* v. 19., מִן־יַצִּיב de firmo, *vel* vero, *id eſt*, vere, Dan. 2. verſ. 8.

יצב Statuit, ſtitit, poſuit, *in Kal inuſit. Unde Niphal* נִצַּב ſiſti, collocari, conſtitui, ſtare, conſiſtere: *Præter. fœm.* נִצְּבָה, *&* *in pauſa*, נִצָּבָה ſtitit ſe, adſtitit, ſtabat; conſiſtebat; וְנִצַּבְתָּ & conſiſtes: *Particip.* נִצָּב, הַנִּצָּב ſtans, conſiſtens, conſtitutus: *Fœm.* הַנִּצָּבָה, *&* הַנִּצֶּבֶת ſtans, conſtituta. *Vide radic.* נצב, *&* *infra inter nomina*: *Hiph.* הִצִּיב ſtatuit, conſtituit: הִצִּיב דְּלָתֶיהָ ſtatuit fores ejus, 1. Reg. 16. verſ. 34. *Particip.* מַצִּיב לוֹ יָד conſtituit ſibi locum, erexit ſibi trophæum, 1. Sam. 15. v. 12.; *vide etiam inter nomina*: *Imper.* הַצִּיבִי ſtatue, Jerem. 31. v. 21. *Futur. cum affix.* וַתַּצִּיבֵנִי & ſtatues, *Vulgat.*, & confirmaſti me, Pſal. 41. v. 13., יַצִּיב, Joſ. 6. v. 26., *&* יַצֵּב, Deuteron. 32. v. 8., ſtatuet, conſtituit; *cum affix.* וַיַּצִּיבֵנִי & ſtatuit, & poſuit me, Thren. 3. v. 12. *Hoph. Præter.* וְהֻצַּב & ſtatio poſita fuit, Nah. 2. v. 8. *Hebræis proprium nomen eſt reginæ Aſſyriorum*: *Partic.* סֻלָּם מֻצָּב ſcala conſtituta, Gen. 28. v. 12. *Vide inter nomina*. *Hithp.* הִתְיַצֵּב ſiſtere, ſtatuere ſe, aſſiſtere, conſiſtere: *Præter.* וְהִתְיַצְּבוּ שָׁם עִמָּךְ & ſiſtent ſe ibi tecum, Num. 11. v. 16. *Infin.* מֵהִתְיַצֵּב, 2. Sam. 21. verſ. 5., (diſperderemur, deleti, exciſi ſumus) a conſiſtendo, *id eſt*, *ut alii vertunt*, deleamus, diſperdamus (virum illum), ne ſtet, *vel* extet: *Imper.* הִתְיַצֵּב, Num. 23. v. 3., *&* *cum* ה *paragog.* הִתְיַצְּבָה, Job 33. v. 5., ſta, conſiſte: *Futur. cum* ה *paragog.* וְאֶתְיַצְּבָה & conſiſtam, Habac. 2. v. 1.; וַתֵּתַצַּב, Exod. 2. v. 4., *irregulare pro* וַתִּתְיַצֵּב, & ſtetit.

נְצִב *maſc.* Præfectus, præſtitutus, *regioni*, *vel provinciæ alicui*: *ut*, נִצָּב מֶלֶךְ præfectus, *ſcil. regni*, (erat rex), 1. Reg. 22. v. 48. *Item* capulus, *cultri ſcil.*, *vel enſis*, *ſic dictus*,

ſtus, *quod in eo gladius* conſiſtat, Judic. 3. v. 22. נִצָּבִים præfecti, ſitarchi, præfecti annonæ, 1. Reg. 4. v. 7., curatores, 1. Reg. 5. v. 16. *Vide* נצב, *& quæ ſequuntur*.

מֻצָּב *maſc.* Statio, ſtativa caſtra; *vel* munitiones, *in quibus milites* ſubſiſtunt: עִם־אֵלוֹן מֻצָּב juxta quercum plantatam, quæ ſtabat, Judic. 9. v. 6., וְצַרְתִּי עָלַיִךְ מֻצָּב Iſai. 29. v. 3., & obſidebo te ſtativis, *LXX.*; *Chald.*, *Vulgat.*, *aliique vertunt*, & jaciam contra te aggerem.

מַצָּב, מֻצָּב *m.* Status, ſtatio, *locus, ubi quid* ſtat, *aut* conſiſtit, ſtatio militum: *metonymice ipſe* miles ſtationarius, *ſive* præſidium militum: מִתַּחַת מַצַּב רַגְלֵי Joſ. 4. verſ. 9., infra ſtationem pedum, infra locum, ubi ſtabant pedes Sacerdotum; מַצַּב פְּלִשְׁתִּים ſtatio, præſidium exercitus, acies Philiſthiim, 1. Sam. 13. v. 23., 14. v. 15., 2. Sam. 23. v. 14., מִמַּצַּב רַגְלֵי, Joſ. 4., v. 3., ex loco ſtationis pedum, inde ubi ſtabant, *ſive* ſteterunt pedes (Sacerdotum); *Cum affix.* מִמַּצָּבְךָ de ſtatione tua, Iſai. 22. v. 19.

מַצָּבָה *fœm.* Statio militum, 1. Sam. 14. v. 12.

מַצֵּבָה *fœm.* Statua, lapis, titulus, *vel, juxta alios*, cippus, monumentum, *quod ad rei alicujus memoriam, aut ſignificationem* ſtatuitur, *&* erigitur, Geneſ. 28. vv. 18. 22., *&c.* *Conſtr.* אֶת־מַצְּבַת ſtatuam (Bahal), 2. Reg. 10. v. 27., *& in* Thau, מַצֶּבֶת, Gen. 35. v. 20., 2. Sam. 18. v. 18., *ſed* Iſai. 6. v. 13. מַצֶּבֶת *varium in ſenſum ab Interpretibus accipitur*; *ſic habet Hebræus textus* אֲשֶׁר בְּשַׁלֶּכֶת מַצֶּבֶת בָּם זֶרַע קֹדֶשׁ מַצַּבְתָּהּ׃ quibus in emiſſione, abjectione, dejectione frondium (eſt) ſtatio, ſubſiſtentia in eis, *vel* fulcrum eis ſubmittitur, *ſive, ut alii habent*, ſtipes, truncus, ſtirps reſidua in eis; (*ita*) ſemen ſanctitatis, *vel* ſanctum (*erit*) ſtirps, ſtatio, plantatio, ſtatumen ejus, *ſcil populi Judæ*; *Vulg. autem vertit*. (ſicut terebinthus, & ſicut quercus), quæ expandit ramos ſuos: ſemen ſanctum erit id, quod ſteterit in ea; *id eſt, ut quidam exponunt, quemadmodum arbores illæ ſe habent, quæ, quum frondes, & folia abjecerint, videntur mortuæ, retinent tamen adhuc vigorem ſuum, id eſt, vivunt hyeme, qua tranſacta, iterum frondes, & flores producunt; ſic ſe habebit domus Juda. Plur.* מַצֵּבֹת ſtatuæ, 2. Reg. 17. v. 10. *Conſtruct.* אֶת־מַצְּבוֹת ſtatuas (domus Bahal), 2. Reg. 10. v. 26.

יצג *in Kal inuſit. Unde Hiph.* הִצִּיג ſtatuit, conſtituit, ſtitit, collocavit: *Præter. cum affix.* וְהִצִּיגַנִי & conſtituit me, Job 17. v. 6., וְהִצַּגְתִּיהָ & ſtatuam eam, Hoſ. 2. v. 5. *Partic.* מַצִּיג ſtatuens, Judic. 6. v. 37. *Infinit.* הַצֵּג ponere, ſtatuere, Deuteron. 28. v. 56. *Imper. plur.* וְהַצִּיגוּ & ſiſtite, conſtituite, Amos 5. v. 15. *Futur. cum* ה *paragog.* אַצִּיגָה conſtituam; וַיַּצֵּג & ſtatuit, poſuit, collocavit, Gen. 30. verſ. 38. *Cum affix.* וַיַּצִּגֵם & ſtitit eos, Geneſ. 47. verſ. 2., *Plural.* וַיַּצִּיגוּ, *&* וַיַּצִּגוּ & ſtatuerunt, collocarunt: *Hoph. futur.* יֻצַּג Exod. 10. v. 24., ſiſtitor, relinquatur.

יִצְהָר Iſaâr, *&* Jeſaâr, *nom. propr. filii Caath*, Exod. 6. v. 18., Num. 3. v. 19.

יִצְהָרִי Iſaari, *nom. propr. filii Salemoth*, 1. Paralip. 24. v. 22.

יִצְחָק Itshhák., *Vulgat.*, Iſaác, *nomen propr. filii Abrahami*, Geneſ. 17. v. 19., *&c. Etym.* riſus; *a* צָחַק riſit, lætatus, gaviſus eſt.

יצע *in Kal inuſit. Unde Hiph.* הִצִּיעַ ſtravit, ſubſtravit, ſtratum poſuit: *Futur. cum* ה *paragog.* וְאַצִּיעָה שְּׁאוֹל, Pſal. 139. v. 8., aut ſtratum ponerem, & ſtratum fecero (*in*) inferno; *Vulgat. vertit*, ſi deſcendero in infernum; יַצִּיעַ ſternat, *aut* ſubſternat, Iſai 58. v. 5. *Hoph.* יֻצַּע ſubſternitur, Iſai. 14. v. 11., *Sed* Eſth. 4. v. 3. יֻצַּע *redditur*, ſtratum erat, ſubſternebatur; *Vulg. paraphraſtem agens vertit*, pro ſtrato utentibus; *quibuſdam eſt Pyhal. Vide infra.*

יָצוּעַ *maſc.* Stratum: *Cum affix.* יְצוּעִי ſtratum meum, Geneſ. 49. verſ. 4. *Plural.* יְצוּעִים, *& conſtructe*, יְצוּעֵי ſtrata, 1. Paralip. 5. v. 1. *Cum affix.* יְצוּעָי ſtratorum meorum, Pſalm. 132. v. 3.

יָצוּעַ, *& cum præfix.*, הַיָּצוּעַ, 1. Reg. 6. vv. 5. 6. 10., *quibus in locis Maſſorethæ monent legendum* יָצִיעַ, ſubſtructio, ſolum, ſtratum; ſtructura templi parietibus extrinſecus ſubſtrata: *Sed Aquil. eſt* ςζῶμα; *Sym.*, κατάςρωμα; *Vulg.*, *aliiſque eſt* tabulatum.

מַצָּע *maſc.* Stratum: קָצַר הַמַּצָּע brevius eſt ſtratum, Iſai. 28. verſ. 20.

יָצַק Fudit, effudit, infudit, perfudit, profudit: *quandoque intranſitive*, effundi, effluere. *Dicitur de* liquidis per ſe, *&* liquefactis, *ut auro, ære, & aliis metallis, quæ fuſa rurſus conſiſtunt, & firmiora fiunt. Inde* firmari, dureſcere: conſiſtere, collocari, ſitum eſſe. *Sæpe etiam cum* צוק *formam confundit, quod accurate diſtinguendum. Præter. cum affix.* יְצָקָם fudit ea, 1. Reg. 7. verſ. 46., *Plural., abjecta prima radicali, & cum* ן *paragog.*, צָקוּן לַחַשׁ effuderunt ſubmiſſam orationem, Iſai. 26. v. 16. *Particip. Pahul* יָצוּק בּוֹ Pſalm. 41. v. 9., (verbum) fuſum, effuſum in me; *LXX., & Vulgat. vertunt*, conſtituerunt adverſum me; וְאֶבֶן יָצוּק נְחוּשָׁה, Job 28. v. 2., & lapis effundit æs; *Vulg. reddit*, & lapis ſolutus calore in æs vertitur: *igne enim, ut habet Plinius* 36. 27., lapides in æs ſolvuntur; וְצוּר יָצוּק עִמָּדִי, Job 29. v. 6., & ſaxum, *vel* petra fuſa mihi (in rivos olei); *Vulg., & alii tranſitive exponunt, videl.*, & petra fundebat mihi, *vel* apud me (rivos olei); *ſed* Job 41. verſ. 15. יָצוּק *multis eſt verbum, redditurque ab LXX.* καταχέει effundit; *a Vulg.* mittet contra eum fulmina; *Aquil. vertit*, circumfuſus; *ibidem vero* v. 16., *ab LXX. redditur*, πέπηγε fixum, compactum eſt; *a Vulg.* indurabitur; *Aliis utrobique eſt*, fuſum, firmum, validum, ſolidum. *Vide inter nomina, & in* צוק. *Plur.* יְצוּקִים fuſi, 2. Paralip. 4. v. 3. *Plur. Fœm.* יְצֻקוֹת fuſæ, 1. Reg. 7. v. 30. *Infinit.* בְּצֶקֶת עָפָר לַמּוּצָק quum dureſceret pulvis in duritiem, Job 38. v. 38., *id eſt, ut eſſet* firmus, *ac* ſolidus *inſtar metalli* fuſi, *&* conſolidati, *ut R. Salom. exponit; Quidam vertunt* quum perfunditur pulvis, ut conſiſtat firmus לְצֶקֶת ad fundendum; *Vulgat. habet*, conflatæ ſunt. *Imper.* יְצֹק, Ezech. 24. v. 3., *& forma imperfecta*, צַק, 2. Reg. 4. v. 41, funde, effunde. *Futur.* אֶצָּק־מַיִם effundam aquas, Iſai. 44. verſ. 3. *Intranſitive*, וַתִּצֶק־הַדָּם & effluxit ſanguis plagæ, 1. Reg. 22. v. 35., *habetque formam anomalam, quaſi* וַיִּיצַק *ex quieſcentium forma, quum alias defectivum ſit: Vide in* נצק. *Hiph. Partic. fœm.* מוּצֶקֶת infundebat, 2. Reg. 4. v. 5. *Futur.* וַיַּצִּקוּ & ſtatuerunt, collocarunt, 2. Samuel. 15. v. 24. *Cum affix.* וַיַּצִּקֻם, Joſ. 7. v. 23., *LXX. vertunt*, ἔθηκαν αὐτὰ & poſuerunt ea; *Vulgat.*, projeceruntque ea; *Alii reddunt*, & ſtatuerunt,

runt,

runt, & collocarunt ea; *quaſi ab* יָצַג *Hoph. Præter.* הוּצַק fuſa eſt, Pſal. 45. v. 3. *Particip.* מוּצָק fuſum, 1. Reg. 7. v. 22., Job 37. v. 18. *Vide & mox in nominibus. Futur.* נָהָר יוּצַק fluvius effundetur, Job 22. v. 16. *Vide* צוּק, *&* נצק.

יָצוּק *maſc.* Fuſum, firmum, validum, ſolidum, *ut id, quod è metallis* fuſum eſt: *Plural.* יְצוּקִים *vide in verbo. Fœmin.* יְצוּקָה fuſio, fuſura: *cum affix.* בְּיִצֻקָתוֹ in fuſura ejus, 1. Reg. 7. v. 24. *Plur.* יְצֻקוֹת *vide in Verbo.*

מוּצָק מֻצָק *m. Idem:* וְהָיִיתָ מֻצָק eriſque validus, Job 11. v. 15. *Vide & ante in Hophal;* לַמּוּצָק in ſolidum, firmum, *vel* ſoliditatem, firmitatem, conſiſtentiam, Job 38. verſ. 38., *Vulg. ibidem habet,* quando fundebatur: *Conſtr.* מֻצַק נְחֹשֶׁת fuſum æris, 1. Reg. 7. v. 16.

מוּצֶקֶת *fœm.* Fuſura; *in pauſa* מִיצָקֶת, 2. Reg. 4. v. 5., *ubi Maſſorethæ legunt* מוּצֶקֶת fuſio, fuſura; *LXX. eſt,* ἐπέχεεν, *Vulg.* infundebat. *Cum affix.* בְּמֻצַקְתּוֹ, 2. Paralip. 4. v. 3., in fuſura, in conflatione ejus, *hoc eſt,* uniuſcujuſque eorum; *Vulg. reddit,* fuſiles erant (*boves*): *Fœmin. plural.* מוּצָקוֹת infundibula, Zach. 4. v. 2., אֶת־הַיָּם מוּצָק (& fecit) mare fuſum, fuſile, 1. Reg. 7. v. 23., *ſed ibidem* v. 37. מוּצָק אֶחָד fuſio, fuſura una.

יצר Finxit, formavit: *propriè figulorum verbum, latius tamen deinde uſurpatur. R. David Kimchi ſcribit; De Homine uſurpatum, ſignificare* formationem membrorum *ipſius:* עָשָׂה *de* præparatione victus, amictus, aliorumque *ad corporis conſervationem neceſſariorum:* בָּרָא *de* creatione prima ex nihilo, Iſai. 43. v. 7. *Item* arctari, angi, anxietatem, *vel* anguſtiam eſſe alicui, *quod a* צוּר, *vel* צָרַר *mutuo accepit. Præter.* מִי יָצַר אֵל quis formavit Deum, Iſai. 44. verſ. 10. *Cum affix.* יְצָרָהּ formavit eam, Iſai. 45. v. 18., יְצַרְתָּם formaſti ea, Pſalm. 74. v. 17., וִיצַרְתִּיהָ & formavi illud, 2. Reg. 19. v. 25. *Particip.* יוֹצֵר, *&* יֹצֵר, *LXX., Theodot., Vulgat., aliiſque eſt,* κεραμεὺς figulus: *Cum affix.* יֹצְרִי formator meus, Iſai. 49. verſ. 5., וְיֹצְרָהּ & formatorem ejus, Iſai. 22. v. 11., יֹצְרֵנוּ formator noſter, Iſai. 64. v. 7. *Plur. conſtr.* יֹצְרֵי formatores, Iſai. 44. v. 9. *Vide etiam inter nomina. Futur.* וַיִּיצֶר & finxit (Deus hominem), Gen. 2. v. 7. *Cum affix.* יִצְּרֵהוּ formabit, *vel* format illud, Iſai. 44. v. 12.

Ex altera ſignificatione literæ formativæ Futuri habent Tzere *diſcriminis cauſa*, *& conſtruitur cum Dativo* : וַיֵּצֶר לָהֶם & anguſtia erat ipſis (valde), Judic. 2. v. 15., וַיֵּצֶר־לוֹ & anxietas fuit ipſi, anxius fuit, Gen. 32. v. 8., *Plur.* יֵצְרוּ arctantur, anguntur, Job 18. v. 7. *Niph.*, לְפָנַי לֹא נוֹצַר אֵל ante me non eſt formatus Deus, Iſai. 43. v. 10. *Pyh. Præter.* יֻצָּרוּ formata ſunt, Pſal. 139. v. 16. *Hoph. Futur.* כָּל־כְּלִי יוּצַר omne inſtrumentum (*quod*) formabitur (contra te), Iſai. 54. verſ. 17.

יוֹצֵר *maſc.* Formans, fingens: fictor, formator, figulus, Zachar. 11. v. 13., Iſai. 41. v. 25. *Cum affix.* וְיֹצֶרְךָ & formator tuus, Iſai. 43. verſ. 1. *Plural.* הֵמָּה הַיּוֹצְרִים ipſi ſunt figuli illi, 1, Paralipom. 4. v. 23.

יֵצֶר *maſc.* Figmentum, formatio, fictio, *tam bona, quam mala*: *Item* יֵצֶר *metaphorice, ad* animum *relatum, eſt* formatio conceptus, cogitatio, figmentum: *Cum affix.* יִצְרוֹ cogitationem ejus, Deuteron. 31. v. 21., יִצְרֵנוּ figmentum noſtrum, formatio noſtra, Pſalm. 103. v. 14.

יֵצֶר Jéſer, *nom. propr. filii Nephthali*, Gen. 46. v. 24., Num. 26. v. 49.

יִצְרִי Itsri, *Vulgat.*, Jeſeritæ, *nom. commune poſterorum Jeſer filii Nephthali*, Num. 26. v. 49.

יְצֻרִים *maſc. plur.* Membra: *Cum affix.* וִיצֻרַי & membra mea, Job 17. v. 18.

צוּרָה *fœm.* Forma, *vide in* צוּר, *&* מֵצַר *vide in* צרר.

יצת Succendi, exuri, flagrare: *Futur.* וַתִּצַּת & flagrat, Iſai. 9. v. 18. בָּאֵשׁ יִצַּתּוּ igni exurentur, Iſai. 33. v. 12. *Niph. Præter. fœm.* נִצְּתָה accenſa eſt: *Plur.* נִצְּתוּ, Jerem. 9. v. 10., *& fœm.* נִצְּתָה, Jerem. 2. v. 15., accendentur, ſuccenſæ ſunt. *Hiph.* הִצִּית accendit, incendit, ſuccendit: *Præter.* הִצִּית אֵשׁ עָלֶיהָ incendit ignem ſuper eam, Jerem. 11. v. 16. *Particip.* מַצִּית בְּךָ אֵשׁ ſuccenſurus ſum in te ignem, Ezech. 20. v. 47. *Imper. cum affix.* וְהוֹצִיתֻהָ, 2. Sam. 14. v. 30., *ubi Maſſorethæ legendum monent* וְהַצִּיתוּהָ, & ſuccendite eam: *Futur.* וַיַּצֶּת & accendit, Thren. 4. v. 11. *Plur.* וַיַּצִּיתוּ & incenderunt, Joſ. 8. v. 19.

יקב *maſc.* Torcular, lacus torcularis, Iſai. 5. v. 2. *Cum affix.* וּמִיִּקְבְךָ & de torculari tuo, Deuteron. 15. v. 14. *Plural.* יְקָבִים דָּרְכוּ torcularia calcant, Job 24. v. 11. *Conſtruct.* יִקְבֵי הַמֶּלֶךְ torcularia regis, Zach. 14. v. 10. *Cum affix.* יְקָבֶיךָ torcularia tua, Proverb. 3. v. 10.

יקד Uſſit, arſit, exarſit: *Particip.* אֵשׁ יֹקֶדֶת ignis urens, Iſai. 65. v. 5. *Infin. cum Futur.* יֵקַד יְקוֹד ardebit ardendo, Iſai. 10. verſ. 16., וַתִּיקַד & ardebit, Deuteron. 32. verſ. 22. *Hoph. Futur.* תּוּקַד בּוֹ incendetur in eo, Levit. 6. verſ. 2. *Vide, quæ ſequuntur.*

יְקֹד *maſc.* Ardor: *Cum præfix.* כִּיקוֹד ſecundum ardorem, Iſai. 10. v. 16. *Quidam Infinitivum faciunt, ut ante poſitum.*

יְקוֹד Focus, incendium, Iſai. 30. verſ. 14.

מוֹקֵד *maſc.* Focus, locus, ubi ardet ignis; *metonymice* materia in foco ardens, *ſive* pyra, cremium, Pſalm. 102. v. 4. *Plur. conſtr.* מוֹקְדֵי עוֹלָם ad focos æternitatis, *id eſt*, æternos, ad ardores perpetuos, Iſai. 33. verſ. 14. *Fœm.* מוֹקְדָה aduſtio, Levit. 6. v. 2., *ubi Vulgat. habet*, cremabitur.

יְקֵדָה *fœm. Chald.* Combuſtio: *Conſtruct.* לִיקֵדַת אֶשָּׁא combuſtionem ignis, Dan. 7. v. 11.

יָקִדְתָּא *fœm. Chald.* Ardens, accenſa, Dan. 3. v. 6., *vel* יָקִדְתָּא v. 26., *abſolutum eſt* יָקִידָא.

יָקְדְעָם Jucadam, *juxta Vulgat.*, *nom. propr. civitatis in Tribu Juda*, Joſ. 15. v. 56.

יָקֶה Jaké, *nom. propr. patris Agur*, Proverb. 30. v. 1., *Vulg. ut appellativum tranſtulit* vomens, *a* קיא vomere.

יקה יְקָהָה Obedientia, *ſecundum quoſdam*: *vel* aggregatio, collectio, aſſociatio: *Conſtr.* יִקְּהַת־עַמִּים obedientia, *vel* aggregatio populorum, Geneſ. 49. v. 10., *LXX. ibidem reddunt*, προσδοκία ἐθνῶν, *Vulg.* expectatio gentium; לִיקְּהַת־אֵם obedientiam matris, Proverb. 30. v. 17. *R. Levi exponit*, aſſociationem matris, *ut ſcilicet mater ſolet liberos ad ſe* allicere, *&* in gremium aſſociare: *Scribitur autem cum* Dageſch *euphonico pro* לִיקְהַת. *R. Salomon Radicem facit* קָהָה aggregare, congregare, *& ſic litera* Jod *eſt ſervilis*; *probat ex uſu Talmudico*, קְהִיָּה, *&* יְקָהָה *idem, per tranſpoſitum* Jod. אִתִּיקִיהָא *vide in* אתיק.

יָקְטָן Jectan, *nom. propr. filii Heber*, Geneſ. 10. v. 25.

יָקִים Jacím, *nom. propr. filii Semei*, 1. Paralip. 8. v. 19.

יָקָמְיָה Icamiá, *nom. propr. filii Samei*, 1. Paralipom. 2. v. 41.

יְקַמְעָם Jecmaán, *nom. propr. filii Hebron*, 1. Paralipom. 23. verſ. 19.

יָקְמְעָם Jokmeám, *Vulgat.* Jecmaán, *nom. propr. urbis Tribus Ephraim*, 1. Reg. 4. v. 12., 1. Paralipom. 6. v. 68.

יָקְנְעָם Jecnám, Jacanán, & Jeconám, *nom. propr. urbis Tribus Zabulon, quæ Levitis data eſt*, Joſ. 21. v. 34., 12. v. 22., 19. verſ. 11.

יָקַע Pendere luxatum, luxari, recedere, diveſſi. *Futur.* פֶּן־תֵּקַע, Jerem. 6. v. 8., ne forte recedat, ne avellatur; וַתֵּקַע, Ezech. 23. vv. 17. 18., & avulſa eſt, & luxata, & receſſit; *Sed Vulg. ibidem* v. 17. *reddit*, & ſaturata eſt (anima ejus ab eis, *ſcil. Chaldæis*); *expreſſit hic ſenſum; anima etenim faſtidit ea, quibus eſt* ſatiata, *atque ab ipſis* recedit; וַתֵּקַע כַּף־יֶרֶךְ, Gen. 32. v. 26., & pendebat luxatum acetabulum femoris; *Vulg. vertit*, (tetigit nervum femoris ejus), & ſtatim emarcuit, (*ſubintelligendus* nervus femoris). *Hiph.* הוֹקִיעַ pendere facere, ſuſpendere: *Præter. cum affix.* וְהוֹקַעֲנוּם & ſuſpendemus eos, 2. Sam. 21. v. 6. *Imper.* וְהוֹקַע אוֹתָם & ſuſpende eos, Num. 25. v. 4. *Futur. cum affix.* וַיֹּקִיעֻם & ſuſpendit eos, 2. Sam. 21. v. 9. *Hoph. Particip.* הַמּוּקָעִים (oſſa) ſuſpenſorum, 2. Sam. 21. v. 13. *LXX. ibidem vertunt* ἐξηλιασμένοι ſoli expoſiti; *Vulgat.*, qui affixi fuerant.

יָקַף *in Kal inuſit. Inde Hiph.* הִקִּיף ambivit, circumivit, cinxit, circumdedit, circumegit: *Præt.* הִקִּיף עָלַי circumegit mihi, Job 19. v. 6., *Fœmin.* הִקִּיפָה circuivit, Iſai. 15. v. 8.; *Plur.* כִּי הִקִּיפוּ, Job 1. v. 5., cum circumegiſſent, *Vulg. habet*, cumque in orbem tranſiſſent (dies convivii); וְהִקִּיפוּ & circumdabunt, 2. Paralipom. 23. v. 7., *Cum affix.* הִקִּיפוּנִי, Pſalm. 22. v. 17., circumdederunt me; *Joa. Simon vertit*, pertuderunt, perfregerunt me; *Vulg. habet*, (concilium malignantium) obſedit me: *Particip. plur.* מַקִּפִים circumdantes, 1. Reg. 7. v. 24. *Infinit.* הַקֵּף, Joſ. 6. v. 11., & הַקִּיף, Joſ. 6. v. 3., circumeundo. *Imperat. plur. cum affix.* וְהַקִּיפוּהָ & circumdate, & complectimini eam, Pſal. 48. v. 13. *Futur.* וַיַּקֵּף & circumdedit, Thren. 3. v. 5.,

Plural.

Plural. תַקִּפוּ, Levit. 19. verſ. 27., *LXX. vertunt*, ποιήσετε σιϐόην facietis ſiſoen, *quæ eſt, inquit Guarin*, tonſuræ ſpecies; *Aquil. habet*, περικυκλώσεις circumdabis; *Vulgat.* in rotundum attondebitis; *Joa. Simon*, abſcindatis, *& refertur ad* נקף; יַקִּיפוּ, Pſal. 17. v. 9., וַיַּקִּפוּ, 2. Reg. 6. v. 14., circumdabunt, & circumdederunt. *Vide* קוף, נקף, *& quæ inde ſequuntur*.

יקץ Evigilavit, expergefactus eſt: *Futur.* וָאִיקָץ & evigilavi, Geneſ. 41. verſ. 21., וַיִּיקַץ & evigilavit (Pharao), Geneſ. 41. v. 4., *& in* Sægol *propter accentum ad penult. retractum*, וַיִּיקֶץ & quum evigilaſſet (Noah), Gen. 9. v. 24., *& defectivè*, וַיִּקַץ & evigilavit, 1. Reg. 18. v. 27., וְיִקְצוּ expergiſcentur, Habac. 2. v. 7., *abjecto* י *radicali*, *quod* Metheg *compenſat*. *Vide* קוץ.

יקר Pretioſus fuit, pretioſus viſus, *vel* habitus eſt, pretioſe æſtimatus fuit, in pretio fuit. *Præter. fœm.* יָקְרָה pretioſa fuit, 1. Sam. 26. v. 21., יָקַרְתָּ בְּעֵינַי pretioſus viſus es in oculis meis, Iſai. 43. v. 4., יָקַרְתִּי æſtimatus ſum, appretiatus ſum, Zach. 11. v. 13. *Plural.* וְלִי מַה־יָּקְרוּ, Pſal. 139. v. 17., mihi quam pretioſi, honorabiles ſunt, *ſive* mihi nimis honorificati ſunt: *Futur.* וְיֵיקַר דָּמָם & pretioſus eſt ſanguis eorum, Pſalm. 72. v. 14., וַיֵּיקַר & in pretio erat, 1. Sam. 18. v. 30. *Hiph. Imperat.* הֹקַר רַגְלְךָ pretioſum habe, *vel* facito pedem tuum; *Vulg. ibidem vertit*, ſubtrahe pedem tuum, *hoc eſt*, raro ingrediaris (*domum amici tui*), Proverb. 25. v. 17. *Futur.* אוֹקִיר אֱנוֹשׁ faciam, ut pretioſus ſit homo, Iſai. 13. v. 12.

יָקָר *maſc.* I. Pretioſus, carus, honorabilis: II. Rarus, rarum: III. Quietus, manſuetus: IV. Splendidus, ſplendidum, *per metatheſin pro* יָרָק, *ut notat Joa. Simon*: הָיָה יָקָר, 1. Sam. 3. v. 1., (verbum Domini) fuit, erat rarum; *Vulg. vertit*, (& ſermo Domini) erat pretioſus; *quod autem rarum in bono, idem & pretioſum*; וְיָרֵחַ יָקָר הֹלֵךְ, Job 31. v. 26., & lunam ſplendidam incedentem; *Vulgat. habet*, lunam incedentem clare; כָּל־הוֹן יָקָר omnem ſubſtantiam pretioſam, Prov. 1. v. 13. *Conſtr.* וְקַר־רוּחַ, Proverb. 17. v. 27., *ubi ſcribitur cum* Vau, *ſed a Maſſorethis legitur per* Jod, *videl.*, יְקַר, pretioſus ſpiritu; *Vulgat. habet*, pretioſi ſpiritus vir; *Joa.*

Simon ſignificationem radicis Arab. ſequutus vertit, manſuetus ſpiritu; *Plural.* בְּנֵי צִיּוֹן הַיְקָרִים filii Tzionis pretioſiſſimi, Thren. 4. v. 2., *Fœmin.* יְקָרָה הִיא pretioſa eſt, Proverb. 13. verſ. 5. *Et forma conſtructa pro abſoluta*, יִקְרַת pretioſum, Iſai. 28. verſ. 16. *Plural.* אֲבָנִים יְקָרוֹת lapides pretioſi, 1. Reg. 7. v. 10., *&* יְקָרֹת *idem*, 1. Reg. 7. v. 9. *Vide etiam dictionem, quæ ſequitur*: *Cum affix.* בִּיקְּרוֹתֶיךָ inter pretioſas, *vel* caras tuas; *Vulgat. vertit*, in honore tuo, Pſalm. 45. v. 10., *cum* Dageſch *euphonico*, *pro* בִּיקְרוֹתֶיךָ.

יְקָר *maſc.* Pretium, pretioſum, res pretioſa: *Metaphorice*, gloria, honor: יִתְּנוּ יְקָר tribuent honorem (maritis ſuis), Eſth. 1. v. 20., וִיקָר & gloria, Eſth. 8. v. 16., Ezech. 22. v. 25., הַיְקָר & pretium, Zach. 11. v. 13., בִּיקָר in honore, Pſalm. 49. vv. 13. 21. *Conſtruct.* כִּיקַר כָּרִים, Pſalm. 37. v. 20., ut pretioſum agnorum, *vel potius*, ſicut id, quod eſt pretioſum, & optimum in agnis, *id eſt*, adeps, *quæ conſumebatur igni in altari*: *Alii interpretantur*, ſicut viride pratorum, *id eſt* fœnum virens, *quod reſecatur*; *Vulgat. autem vertit*, mox ut honorificati fuerint, & exaltati; *ubi idem ſenſus, etſi loquendi modus ſit diverſus*; *Cum affix.* בִּיקָרוֹ in honorem ejus, Eſth. 6. vv. 6. 7. 9. 11., יְקָרָהּ pretioſum ejus, Jerem. 20. v. 5. *Plur. fœm.* אוֹר יְקָרוֹת, Zachar. 14. v. 6., lux pretioſitatum, *id eſt*, pretioſiſſima; *Joa. Simon, aliique* τὸ יְקָרוֹת *referendum per metatheſim ad* יָרָק *arbitrantur*; *atque vertunt*, lux claritatum, lux ſplendorum.

יְקָר *Chald.*, *ſignificat idem ac Hebr.*, וִיקָר שַׂגִּיא & gloriam multam, Dan. 2. v. 6., וְלִיקַר מַלְכוּתִי & ad gloriam regni mei, Dan. 4. v. 33., *Emph.* וִיקָרָא & gloriam, Dan. 2. v. 37., & וִיקָרָה, Dan. 5. v. 20.

יַקִּיר *maſc.* Pretioſus, honorabilis, glorioſus, carus: הֲבֵן יַקִּיר, Jerem. 31. v. 20., num filius pretioſus? *LXX. eſt.*, ἀγαπητός dilectus; *Vulgat.*, honorabilis; *Aliis eſt*, valde pretioſus, carus: *Fœm.* יַקִּירָה, Dan. 2. v. 11., pretioſus; *Sed Theod.*, *Vulg. eſt*, gravis; יָקַר *etenim, ut notat Joa. Simon, proprie ſignificat*, gravis fuit, *ut etiam apud Arabes*.

יַקִּירָא *m. Chald. emphat.*, *Unde cum præfix.* רַבָּא וְיַקִּירָא magnus, & glorioſus, Eſdr. 4. v. 10.

יקש , *vel* יָקֹשׁ Laqueum tetendit, aucupatus eſt, tendicula *ſive* laqueo poſito inſidiatus eſt, illaqueavit, irretivit. *Dicitur proprie de avibus; & metaphorice de hominibus. Affinitatem habet cum* נָקַשׁ, *quod vide ſuo loco: Præter.* יָקֹשְׁתִּי לָךְ laqueum tetendi tibi, illaqueavi te, laqueo inſidiatus ſum, Jerem. 50. v. 24., *Plur.* יָקְשׁוּ לִי laqueum poſuerunt, ſtatuerunt mihi; Pſal. 141. v. 9. *Partic. maſc.* יוֹקֵשׁ venans, aucupans, & *ſubſtantive*, auceps: *Plural.* מִפַּח יוֹקְשִׁים, Pſalm. 124. v. 7., de laqueo aucupum; *Vulgat. reddit*, de laqueo venantium; *Vide inter nomina: Niph. præter.* נוֹקַשְׁתְּ illaqueaſti te, irretitus, illaqueatus es, Proverb. 6. v. 2., *Plur.* וְנוֹקְשׁוּ & irretientur, & illaqueentur, Iſai. 8. v. 15., 28. v. 13. *Futur.* תִּוָּקֵשׁ בּוֹ illaqueeris in eo; *Vulg. vertit*, ne offendas, Deuter. 7. v. 25. *Vide inter nomina, & rad.* נקש.

יָקוּשׁ *maſc.* Hoſe. 9. v. 8., Auceps; *Sed LXX. eſt*, σκολιὰ tortuoſus; *Aquil.* ἐσκωλωμένη in offendiculum poſitus (*laqueus*); *Sym.* ἐνέδρα inſidiæ; *Vulgat. reddit*, (laqueus) ruinæ.

יָקוֹשׁ *maſc.* Auceps: מִיַּד יָקוֹשׁ de manu aucupis, Proverb. 6. verſ. 5. *Plural.* כְּשַׁךְ יְקוּשִׁים ſecundum tendere aucupes, ut tendentes aucupes, Jerem. 5. v. 26.

יוּקָשׁ *maſc.* Irretitus, continuo *videl.*, & undique, *ut admonet Joa. Simon*; *Plur.* יוּקָשִׁים irretiti, Eccleſ. 9. v. 12.

מוֹקֵשׁ *maſc.* Laqueus, tendicula, ſcandalum, offendiculum, ruina, rete: מוֹקֵשׁ הוּא לָךְ tendicula, laqueus id eſſet tibi, Deuter. 7. verſ. 16, *Plural.* מֹקְשִׁים laqueos (poſuerunt mihi), Pſal. 140. v. 6. *Conſtr.* מוֹקְשֵׁי מָוֶת tendiculæ mortis, Pſalm. 18. v. 6., & *fœmin.* וּמֹקְשׁוֹת & laqueis, Pſal. 141. v. 9.

יָקְשָׁן Jecſán, *nom. propr. filii Abrahæ ex Cetura*, Geneſ. 25. verſ. 2.

יְקוּתִיאֵל Icuthiél, *nom. propr. patris Janoe*, 1. Paralip. 4. v. 18.

יָקְתְאֵל Jacthél, & Jecthél, *nom. propr. civitatis Tribus Judæ prope Idumæam*, Joſ. 15. v. 38., & *nom. propr. rupis in eadem Tribu Juda*, 2. Reg. 14. v. 7.

ירא , & *ſæpius* יָרֵא Timuit, *rem, vel perſonam; & ſi quidem* veneratione *ſit illa digna*; *tunc* יָרֵא veneratus, reveritus eſt; *quod ſi* mala, & terrifica; *tunc* metuit; *ſemel verbum* יָרָא *ſignificat* repletus eſt. *Conſtruit. abſolutè, & cum Accuſativo tam disjuncto, quam conjuncto, & cum Præpoſitione*

ſitione מן , ל , מלפני , *&* מפני . *Præter. fœmin.* יראה , Pſal. 76. v. v. 9., Jerem. 3. v. 8., *& in pauſa* יראה , Gen. 18. v. 15., timet, timuit; ויראת מאלהיך ſed timebis Deum tuum, a Deo tuo, Levit. 19. v. 14.; יראתי *vide in* יראה *inter nomina*; *Plur. cum affix.* יראוהו timuerunt eum, Job 37. v. 24., יראוני timuerunt me, Malach. 3. v. 5. *Particip.* ירא ; *conſtr.* ירא , *& cum præfix.* וירא , Job 1. v. 1., Prov. 13. v. 13., timens : *Plur.* יראים ; *Conſtr.* יראי timentes; *Cum præfix.*, *& affix.* ליראיו timentibus eum, Pſalm. 25. verſ. 14., *&c.*, ליראיך timentibus te, Pſal. 31. v. 20., *&c.* *Infin.* ירא timere ; *& contractè* ירא מפני דוד timere à Davide, 1. Sam. 18. v. 29., *Cum* ה *paragog.* ליראה timere, ad timendum ; *Cum affix.* מיראתו , 2. Sam. 3. v. 11., præ timere eum, quia metuebat illum ; *quo in loco* ה *paragog. mutatur in* ת *adinſtar* ה *fœmin.* *Imper.* ירא time, Proverb. 3. v. 7., 24. v. 21., Eccleſ. 5. v. 6., 12. v. 13., *Plur.* יראו timete, Joſ. 24. v. 14., 1. Sam. 12. v. 24., Pſalm. 34. v. 10. *Futuri* אירא ; *& cum affix.*, *&* Nun *epenthet.* איראנו timebo eum, Job 9. v. 35., תיראי ; *& in pauſa* תיראי *fœm.* timebis ; ויירא , Geneſ. 28. v. 17., Exod. 2. v. 14., *& excidente altero* Jod , וירא , 1. Sam. 18. v. 12., *&c.*, & timuit : *Cum affix.* ויראני & timuit me, Malach 2. v. 5., ייראך timeat te, Jerem. 10. v. 7. *Plural.* נירא timebimus, Pſalm. 46. v. 3., תיראו , תראו , *in pauſa* תיראו , *& cum* Nun *paragog.*, תיראון timebitis, timeatis ; *Cum affix.* תיראום , Deuteron. 3. v. 22., *&* תיראם , Num. 14. v. 9., timebitis, timete illos ; ייראו , Pſal. 33. v. 8., *&* יראו , 2. Reg. 17. v. 28., Mich. 7. v. 17., timebunt ; *Cum* Nun *paragog.*, *& in pauſa*, ויראון & timebunt, Deuteron. 13. v. 12., שיראו ut timeant ; *Fœm.* ותיראן & timuerunt, Exod. 1. v. 17. *Niphal. Particip.* נורא timendus, reverendus, terribilis, formidabilis : מה־נורא quàm reverendus eſt (locus hic), Gen. 28. v. 17. *Fœmin.* מארץ נוראה è regione formidabili, Iſai. 21. v. 1., *Plural.* נוראת terribilia, Iſai. 64. verſ. 3. *Cum affix.* נוראותיך (& virtutem) terribilium tuorum, Pſal. 145. v. 6. *Futur.* למען תורא , Pſal. 130. v. 4., ut reverenter colaris ; *Alii vertunt*, ut timearis ; *ſed Symac.*, *&*, *Hieronymo teſte*, *etiam Theod. ſunt interpretati*, ἕνεκεν τοῦ νόμου propter legem,

gem ; & *ita quoque habet Vulg.*, *legebant* תּוֹרָה, *aut* תּוֹרָא Lex, *pro* תֻּרָּא. *Pih. Præt. cum affix.* יֵרְאֻנִי metuere fecerunt me, metum incuſſerunt mihi, 2. Sam. 14. v. 15. *Partic.* מְיָרְאִים timorem injiciebant, Nehem. 6. v. 9. *Vide inter nomina*. *Infinit. cum affix.* לְיָרְאֵנִי ad timorem injiciendum mihi, Nehem. 6. v. 19., לְיָרְאָם ad metum incutiendum ipſis, ut terreret eos, 2. Paralipom. 32. verſ. 18. *Vide* יָרָה *in Hiph.*

יָרֵא *maſc.* Reverens, timens, timidus: *regit caſum verbi ſui, & conſtruit. ut nomen*: יָרֵא אָנֹכִי אֹתוֹ timeo ego eum, Geneſ. 32. v. 2., *vide* Deuteron. 7. verſ. 19., הַיָּרֵא וְרַךְ הַלֵּבָב qui timidus, ac mollis corde eſt, Deuter. 20. v. 8. *Conſtr.* יְרֵא יְהוָה timens Dominum, Iſai. 50. v. 10. *Fœmin.* יְרֵאָה timens: *Conſtr.* יִרְאַת־יְהוָה timens Dominum, Proverb. 31. v. 30. *Plural.* יְרֵאִים, יִרְאֵי, timentes: *Cum affix.* יְרֵאָיו timentes ejus. *Vide ſupra Particip. in Kal.*

יִרְאָה *fœm.* Reverentia, timor, terror: יִרְאָה וָרַעַד timor, & tremor (invadit me), Pſal. 55. v. 6. *Conſtr.* יִרְאַת יְהוָה timor Domini, Proverb. 1. v. 7., Geneſ. 20. v. 11., Iſai. 7. v. 25. *Cum affix.* יִרְאָתִי, timor mei, *ſive* meus, Jerem. 32. v. 40., בְּיִרְאָתֶךָ cum timore, *vel* reverentia tui, Pſal. 5. verſ. 8., הֲמִיִּרְאָתְךָ, Job 22. v. 4. an timore tui, *vel* tuo? *Vulgat. vertit*, numquid timens? מִיִּרְאָתוֹ אֹתוֹ, 2. Sam. 3. v. 11., præ timore ejus ipſum, *hoc eſt*, ab ipſo, *ſeu*, *ut habet Vulgat.*; quia metuebat illum; יִרְאָתָם אֹתִי, Iſai. 29. verſ. 13., timor eorum me, *hoc eſt*, erga me; *Vulg. vertit*, timuerunt me: *Phraſis hæc, qua videlicet nomina verbalia caſum verbi ſui regunt, obtinuit etiam apud Latinos, ut probant Guarin, Joa. Simon, aliique.*

מוֹרָא, & מֹרָא *maſc.* Reverentia, timor; *ſemel ſcribitur cum* ה *pro* א, מוֹרָה Pſal. 9. v. 21. *Nomen iſtud* מוֹרָא *eſt metonymice* timoris objectum, *id quod* timetur, res *videl.*, *vel* perſona reverenda, & terribilis: שִׁיתָה יְהוָה מוֹרָה, Pſalm. 9. v. 21., pone, *vel* incute Domine metum, terrorem; *ita vertunt Aquil.*, *Theod.*, *Hieronymus*, *aliique*; *Sed in hoc loco* מוֹרָה *Sym. eſt*, *νόμος* lex; *LXX. vero eſt*, *νομοθέτης* legiſlator; *unde & Vulg. vertit*, conſtitue Domine legiſlatorem (ſuper eos); וָאֶתְּנֵם־לוֹ מוֹרָא, Malach. 2. v. 5., & dedi ea ipſi timendum, *quod videl.* reverenter haberet, ac ſollicite cuſtodi-

ſtodi-

ſtodiret in humilitate ; *Vulg habet*, & dedi ei timorem : *Cum præfix.* וּבְמֹרָא גָּדֹל, Deuter 26. v. 8., & in magno, in ingenti pavore, & in re terribili magna ; לְמוֹרָא terrori, *id eſt*, terribili, timendo : *Cum affix* אַיֵּה מוֹרָאִי ubi timor mei, *ſive* meus ? Malach. 1. v. 6., וְאֶת־מוֹרָאוֹ, Iſai. 8. v. 12., & timorem ejus, *id eſt*, quod ipſe timet, (ne timeatis); *Plur.* וּבְמוֹרָאִים גְּדֹלִים & terroribus maximis, Deuter. 4. v. 34. *Vide pag.* 494.

* יְרִיבִים ירב *Vide in* ריב. *Item* וַיָּרֶב, *vide in* ארב.

יִרְאוֹן Jerón, *nom. propr. civitatis in Tribu Nephthali*, Joſ. 19. v. 38.

יִרְיָּה Iriiá, *Vulg.*, Jeriás, *nom. propr. filii Selemiæ*, Jerem. 37. verſ. 12.

יְרֻבַּעַל Jerobáal, *cognomen Gedeonis*, Judic. 6. v. 32., 1. Sam. 12. v. 11. *Etym.* ulciſcatur ſe Baal.

יָרָבְעָם Járovám, *Vulgat.* Jeroboam, *nom. propr. virorum*, 1. Reg. 11. v. 26., 2. Reg. 14. v. 23.

יְרֻבֶּשֶׁת Jerubbéſceth, *Vulg.*, Jerobáal, *nom. propr. patris Abimelech*, 2. Sam. 11. v. 21. *Guarin. videtur*, Jerobáal (*ſive* Gedeon), *&* *hic* Jerubbéſceth *unus idemque eſſe*.

ירד Deſcendit : *Notat hic Joa. Simon*, יָרַד *per metaphoram dici* de hominibus, qui a ſtatu felici ad miſerias detruduntur, *ut* Deuter. 28. v. 43., Pſal. 59. v. 12., *&c.*, *Item* de rebus, quæ deſtruuntur, *&* corruunt, Deut. 28. v. 52., Iſai. 32. v. 19., Zachar. 11. v. 2. *Per metonymiam dicitur de* via deorſum tendente, *ut* Prov. 7. v. 27., Nehem. 3. v. 15. *Per hypallagen* oculus deſcendere *dicitur*, qui ingentem lacrymarum copiam emittit, *ut* Pſal. 119. v. 136., Jerem. 9. v. 17., 13. v. 17., Thren. 3. v. 48. *Præterit.* וְלֹא יָרָד & non deſcendit, Sam. 11. v. 9., *in pauſa eſt cum duplici* Kametz, יָרָד deſcendit, 2. Sam. 11. v. 13. *Semel cum Aphæreſi primæ radicalis*, וְהַיּוֹם רַד מְאֹד & dies deſcenderat valde, *id eſt*, inclinaverat, Judic. 19. v. 11. *Fœm.* יָרְדָה, 2. Reg. 1. verſ. 14., *&* *in pauſa*, יָרָדָה, Iſai. 37. v. 8., deſcendit ; וְיָרַדְתִּי, Ruth 3. v. 3., *ubi habetur* Jod *paragog.*, *ſine ipſo tamen legunt Maſſorethæ* וְיָרַדְתְּ, & deſcendes : *Partic.* יוֹרֵד, *&* יֹרֵד deſcendens ; *cum præfix.* שֶׁיֹּרֵד qui deſcendit, Pſal. 133. vv. 2. 3. *Plur.* יוֹרְדִים, *&* יֹרְדִים deſcendentes ; *Conſtr. cum præfix.* כְּיוֹרְדֵי, Proverb. 1. v. 12., quaſi deſcendentes ;

Fœm.

Fœm. יוֹרְדָה מַּיִם, Thren. 1. v. 16., (oculus) deſcendens, defluens, deducens aquas, *ſive* defluens tamquam aquæ, *id eſt*, *ac ſi eſſent duo fontes*; הַיֹּרֶדֶת deſcendens, Eccleſ. 3. v. 21. *Plural.* יוֹרְדוֹת, *&* יֹרְדוֹת deſcendentes: *Infinit. abſol.* יָרֹד deſcendendo, Geneſ. 43. verſ. 20. *Cum præfix.*, *&* *affix.* מִיָּוֹרְדִי, Pſal. 30. v. 4., *ubi Maſſora habet*, מִיָּרְדִי ne deſcenderem; *Sed LXX. vertunt*, ἀπὸ τῶν καταβαινόντων; *Vulg.* a deſcendentibus; *& ſublata per aphæreſin prima radic. cum* ה *paragog.* רְדָה, Geneſ. 46. v. 3., *& cum* ת *paragog.* עַד־רֶדֶת uſque ad deſcendere, *id eſt*, donec deſcenderint, corruerint, Deuteron. 28. v. 52., *& ſic*, Deuteron. 20. verſ. 20. *Cum præfix.* בְּרֶדֶת in deſcendendo; לָרֶדֶת deſcendere, ad deſcendendum; *Cum affix.* בְּרִדְתִּי in deſcendere me, dum deſcendo, Pſalm. 30. v. 10., בְּרִדְתּוֹ in deſcendere ipſum, cum deſcenderet ipſe, Exod. 34. v. 29., רִדְתּוֹ deſcendere ipſum, Ezech. 31. v. 15., עַד רִדְתָּהּ, Deuteron. 20. v. 20., donec deſcendat ipſa, *vel* corruat; *Vulg. vertit*, donec capias: *Imperat.* רֵד, Exod. 19. vv. 21. 24., Deuter. 9. v. 12., *cum* ה *paragog.* רְדָה, Gen. 45. v. 9., Ezech. 32. verſ. 19., *& in pauſa* רֵדָה, 2. Reg. 1. vv. 9. 11., deſcende; *Fœmin.* רְדִי deſcende, Iſai. 47. v. 1., Jerem. 48. v. 18. *Vide in* רָדָה. *Futur.* אֵרֵד, *& cum* ה *interrog.* הַאֵרֵד an deſcendam? 1. Sam. 14. verſ. 38., *cum* ה *paragog.* אֵרְדָה deſcendam, Gen. 18. v. 21., הֲיֵרֵד an deſcendet? 1. Sam. 23. v. 1. *Plur.* נֵרֵד, *& cum* ה *paragog.* נֵרְדָה deſcendemus. *Hiph.* הוֹרִיד deſcendere fecit, *vel* ſivit, demiſit, dejecit, detruſit, deturbavit, depoſuit, detulit, deportavit: *Præt.* וְאֶת־הַיָּם הוֹרִיד mare autem, *ſive* lacum depoſuit, 2. Reg. 16. v. 17., וְהוֹרַדְתָּ & deduces, 1. Reg. 2. v. 9. *Cum affix.* הוֹרַדְתָּנוּ deſcendere feciſti, demiſiſti nos, Joſ. 2. v. 18., וְהוֹרַדְתִּי & dejiciam, Iſai. 43. v. 14., Ezech. 34. v. 26.; *Cum affix.* וְהוֹרַדְתִּיךְ & dejiciam, & deſcendere faciam te, Ezech. 26. verſ. 20., וְהוֹרַדְתִּים & deducam eos, Joel. 4. v. 2. *Plur.* הוֹרִידוּ depoſuerunt, 1. Sam. 6. v. 15., Thren. 2. v. 10., *ſed* Geneſ. 44. v. 31., Num. 4. v. 5., Deuteron. 21. v. 4., deduxerunt, & deducent; *Cum præfix.* הוֹרִדֻהוּ deduxerunt eum, Gen. 39. v. 1., וְהוֹרַדְתֶּם & deduceтis; הוֹרַדְנוּ repoſuimus, depoſuimus, Gen. 43. verſ. 22. *Particip.* מוֹרִיד demittens, deji-

dejiciens, ſubjiciens: *Infinit. cum præfix.* לְהוֹרִיד ad deportandum, ad deducendum, Gen. 37. v. 25., *Cum affix.* בְּהוֹרִדִי in demittere, in demittendo me, cum deducerem (eum), Ezech. 31. verſ. 16. *Imperat.* הוֹרֵד depone, deduc, dejice, Exod. 33. v. 5., Judic. 7. v. 4., Pſalm. 56. v. 8., *Cum affix.* וְהוֹרִדֵהוּ & dejice eum, Ezech. 32. verſ. 18., *&* *cum affix. plur. poetico* וְהוֹרִידֵמוֹ & dejicie eos, Pſalm. 59. v. 12., *Fœm.* הוֹרִידִי demitte, Thren. 2. v. 18. *Plural.* וְהוֹרִידוּ, *&* *cum affix.* הוֹרִדֻהוּ deducite, adducite eum: *Futur.* וָאוֹרִיד & dejeci, Iſai. 10. v. 13., 63. v. 7., Jerem. 49. v. 16., Abd. 1. v. 4., *Cum affix.* אוֹרִידֵם deducam eos; וְאוֹרִידְךָ & deducam te, 1. Sam. 30. verſ. 15., הֲתוֹרִידֵנִי num deduces me? 1. Sam. 30. v. 15., תּוֹרִדֵם dejicies eos, Pſalm. 55. v. 24., וַתֹּרֶד & demiſit, Geneſ. 24. vv. 18. 47., 1. Samuel. 19. v. 12. *Cum affix.* וַתּוֹרִדֵם & demiſit eos, Joſ. 2. verſ. 15., וַיּוֹרֶד, וַיֹּרֶד, *&* וַיָּרֶד, 1. Reg. 6. v. 32., & deduxit, & demiſit, & operuit; *cum affix.* יוֹרִידֵנִי dejiciet me; וַיֹּרִדֵהוּ & deduxit eum; וַיּוֹרִדֵם & deduxit eos; *Plural. cum affix.* וַיֹּרִידוּם & demiſerunt eos, Joſ. 10. v. 27. *Hoph. Præter.* וְיוֹסֵף הוּרַד & Joſeph deductus fuit, Geneſ. 39. v. 1., וְהוּרַדְתָּ & dejeceris, Ezech. 31. v. 18. *Particip.* מוּרָד ductum, deductum (*opus*), 1. Reg. 7. verſ. 29. *Vide, quod ſequitur, nomen. Futur.* אֶל־שְׁאוֹל תּוּרָד in ſepulchrum dejicieris, Iſai. 14. verſ. 15.

יֶרֶד, *&* *in pauſa* יָרֶד Jaréd, *nom. propr. virorum*, Geneſ. 5. 5. v. 15., 1. Paralipom. 4. v. 18.

מוֹרָד *maſc.* Deſcenſus, locus declivis, declive: בְּמוֹרָד in declivem locum, Mich. 1. v. 4. *Conſtr.* בְּמוֹרַד in declivi (Bethchoronis), Joſ. 10. v. 11. *Plur.* בְּמֹרְדֵי, *vide in* מֹרָד.

יַרְדֵּן Jardén, *Vulgat.*, Jordanis, *nom. propr. maximi terræ Sanctæ fluvii, qui e monte Libano oriens in mare mortuum influit*, Geneſ. 13. v. 10.

ירה Jecit, projecit, dejecit, præcipitavit: jaculatus, ejaculatus eſt, jaculis petiit, *vel* confecit: *Item* erexit, poſuit, Job 38. v. 6., Geneſ. 31. v. 51., *item* rigavit, irrigavit, Hoſe. 6. v. 3., Proverb. 11. verſ. 25., *quæ ſignificatio, auctore Joa. Simone, petita eſt a radic. cognata* רוה: *Præter.* יָרָה בַיָּם præcipitavit in mare, Exod. 15. verſ. 4., יָרָה חִצָּי jacu-

jaculatus eſt ſagittam, 1. Samuel. 20. v. 36. *Particip.* הֹרֶה jaculans, *Vulg. eſt*, ſagittarius, Proverb. 26. v. 18., יוֹרֶה, Hoſe. 6. v. 3., irrigans; *& ſubſtantive*, pluvia prima, *ſcil. autumnalis, ſtatim poſt meſſem* cadens, *terramque* rigando *ad ſementem præparans*, Deuteron. 11. v. 4., Jerem. 5. v. 24., (*ita Joa. Simon*); *laudatis in locis dictio* יוֹרֶה *a LXX. redditur* πρωϊνὸς (ὑετὸς) matutinus imber; *a Vulg.* ſerotinus, *h. e.*, *autumnalis*, *item* temporaneus, *id eſt*, *tempore opportuno* decidens; *vide Hiph. in futur. Plur.* הֹרִים, *&* הַיֹּרִים jaculantes, jaculatores, ſagittarii: *Infinit.* יָרֹה jaculando, Exod. 19. v. 13. *Cum præfix.*, *mutato* ה *in* א, לִירוֹא, 2. Paralipom. 26. v. 15., *& alia forma*, לִירוֹת, Pſal. 11. v. 2., 64. v. 5., ad jaculandum, ad jaciendum: *Imper.* יְרֵה jaculare, 2. Reg. 13. v. 17. *Futur.* וַנִּירָם & jaculis confecimus eos, Num. 21. v. 30., *pro* וַנִּירֶה אוֹתָם, *ut Kimchi exponit in lib. Radic. Et Ab. Eſra præter alias expoſitiones etiam ab hoc themate deducit, exponens*; כַּאֲשֶׁר יָרִינוּ אוֹתָם poſteaquam jaculis confecimus eos, (periit); *Vulg. vertit*, jugum ipſorum; *legebat* וְנִירָם *a* נִיר novale, jugum. *Niph. Futur.* יָרֹה יִיָּרֶה jaculando jaculis conficiatur, confodietur, configetur, Exod. 19. v. 13. *Hiph.* הוֹרָה jecit, projecit, jaculatus, ejaculatus eſt, rigavit: *Item* docuit, inſtituit, oſtendit, monuit, præmonuit: *Sed ſignificatio hæc Joa. Simoni videtur petita a radic. cognata* ראה cognovit, intellexit; *& in Hiph.* oſtendit, monſtravit: *Præter. cum affix.* הֹרָנִי projecit me, Job 30. v. 19., הוֹרָהוּ docuit eum, 2. Reg. 12. v. 2. *Cum affix.* הוֹרַתָּנִי docuiſti me, Pſalm. 119. v. 102., וְהוֹרֵיתִי & docebo; *Cum affix.* וְהוֹרֵיתִיךָ, הוֹרֵתִיךָ & docebo te, docui te: *Particip.* מוֹרֶה jaculans, 1. Sam. 20. v. 37., *item* docens, doctor, 2. Reg. 17. v. 28., *&c.*, moſtrans, Proverb. 6. v. 13., נָתַן לָכֶם אֶת־הַמּוֹרֶה dedit vobis doctorem, *&* גֶּשֶׁם מוֹרֶה pluviam primam, imbrem matutinum, Joel. 2. v. 23. *Sed* הַמּוֹרֶה, Judic. 7. v. 1., *quibuſdam eſt nomen propr. collis dicti* Moréh, *vel* Hammoréh, *id eſt*, Jaculatoris, *vel* Indicis; *Ita autem appellatus videtur* a ſagittariis: *Atque hunc unum fuiſſe ex montibus Gelboe exiſtimant*; *Alii volunt collem hunc dictum* הַמּוֹרֶה *a* pluvia tempeſtiva, qua perfunditur; *Vulg. interpretatur*, collis excelſi: *Aliud*

מוֹרֶה

מוֹרֶה *vide in* מרה; *Plural.* הַמּוֹרִים, הַמֹּרִים, *& cum* א *epenthetico* הַמּוֹרְאִים, 2. Sam. 11. v. 24., jaculantes; *Cum præfix.* מֵהַמּוֹרִים a jaculantibus; *Cum affix* מוֹרָי, *in pauſa*, doctorum meorum, Proverb. 5. v. 13., מוֹרֶיךָ doctores tui, Iſai. 30. v. 20. *Infin.* לְהוֹרוֹת ad præmonendum, Geneſ. 46. v. 28. *Cum affix.* לְהוֹרֹתָם ad docendum eos, Exod. 24. v. 12. *Imper. cum affix.* הוֹרֵנִי, *&* הֹרֵנִי doce me; *Plural cum affix.* הוֹרוּנִי docete me, Job 6. v. 24. *Futur.* אוֹרֶה jaculabor, 1. Sam. 20. v. 20., *ſed* Job 27. v. 11., docebo; *Cum affix.* וְאוֹרְךָ & docebo te, Pſalm. 32. v. 8., תוֹרֶה *vide inter nomina*; תּוֹרֵם docebis eos, 1. Reg. 8. v. 36., 2. Sam. 6. v. 27., וְתוֹרְךָ, *& in pauſa*, וְתֹרְךָ & docebit te, Job 12. vv. 7. 8., Pſalm. 45. v. 5., יוֹרֶה jaculabitur, 2. Reg. 19. v. 32., Iſai. 37. v. 33., *item* docebit, docet, Pſal. 25. v. 8., Iſai. 28. v. 9., Hoſe. 10. v. 12., Hab. 2. v. 19. *Cum præfix., & apocopa*, וַיּוֹר, *pro* וַיּוֹרֶה, & jaculatus eſt, 2. Reg. 13. v. 17. *Et cum* א, גַּם הוּא יוֹרֶא etiam ipſe projiciet, profundet, Proverb. 11. v. 25., *id eſt*, abundabit, cumulatim habebit, *ut magna copia, ſi opus fuerit, aliis ſua bona elargiri, & projicere poſſit: Quidam exponunt paſſivè, quaſi* יֻרְוֶא, *vel* יֻרְוֶה irrigabitur: *nam præcedit* מַרְוֶה irrigans; *Vulg. vertit*, inebriabitur: *Cum affix.* יוֹרֶנּוּ docebit eum; וַיּוֹרֵהוּ & docuit eum; וַיּוֹרֵנִי & docuit me; וַיֹּרֵם & docuit eos; וַיֹּרֵם & jaculatus eſt in eos, Pſalm. 64. v. 8., וְיוֹרֵנוּ & docuit nos, Judic. 13. v. 8., Iſai. 2. v. 3., Mich. 4. v. 2. *Plur.* יוֹרוּ docebunt; *item* יֹרוּ, וַיֹּרוּ, 2. Sam. 11. v. 20., 2. Paralipom. 35. v. 23., *& cum* א, *eoque trajecto*, וַיֹּראוּ, *pro* וַיֹּארוּ, *aut* וַיּוֹרוּ, 2. Sam. 11. v. 24., jaculabuntur, & jaculati ſunt; *Cum affix.* יוֹרוּךָ docebunt te; יֹרֻהוּ jaculis petent eum, Pſalm. 64. v. 5.

יְרוּאֵל Jeruél, *nom. propr. ſolitudinis in Tribu Juda, ad aquilonem, & auſtrum*, 2. Paralipom. 20. v. 16.

יְרִיאֵל Jeriél, *nomen propr. filii Thola, &c.*, 1. Paralipom. 7. verſ. 2.

יָרִיב Jaríb, *nom. propr. filii Simeonis*, 1. Paralip. 4. v. 24., *vide etiam in* רוב.

יְרִיבַי Jeribái, *nom. propr. filii Elnaem*, 1. Paralip. 11. v. 46.

יְרִיָּהוּ Jeriáa, *nom. propr. filii Hebron*, 1. Paralip. 23. v. 19.

יוֹרֶה

יוֹרֶה *maſc.* Pluvia tempeſtiva, Deuter. 11. v. 14., Jerem. 5. v. 24. *Sed hæc ipſa vide ſupra pag.* 494.

מוֹרֶה *fœm. vide in* יָרֵא, *& in Rad.* מָרָה.

תּוֹרָה *fœm.* Doctrina, inſtitutio, *quomodo in* Proverbiis Salomonis *ſæpè uſurpantur:* lex, *quomodo dicitur, vel* de tota *lege Moſis tantum, vel* de ſpecialibus quibuſdam legibus, conjugii, ſabbathi, lepræ, *&c., vel denique* de univerſo verbo Dei, *quod ſic vocatur, quod nos de Dei voluntate erga nos, & noſtro officio erga Deum, & proximum noſtrum* doceat, & erudiat: תּוֹרָה אַחַת lex una, Exod. 12. verſ. 49. *Conſtr.* בְּתוֹרַת יְהוָֹה in lege Domini (voluntas ejus), Pſal. 1. verſ. 2., *aliter vide in* תּוֹר: *Cum affix.* וּבְתוֹרָתוֹ & in lege ejus, *ibid. Plural.* עָבְרוּ תוֹרֹת transgreſſi ſunt leges, Joſ. 24. v. 5. *Cum affix.* וְאֶת־תּוֹרֹתָיו & leges ejus, Exod. 18. verſ. 16.

יָרֵחַ *maſc.* Luna; *&* יֶרַח menſis, *quem* luna *curſu ſuo conficit:* יָרֵחַ וְכוֹכָבִים lunam, & ſtellas, Pſalm. 8. v. 4., אוֹ לַיָּרֵחַ aut lunæ, Deuteron. 7. verſ. 3. *Conſtr.* יֶרַח יָמִים menſem dierum, Deuteron. 21. v. 13., *id eſt,* integrum menſem: *Cum affix.* וִירֵחֵךְ & luna tua (non deficiet), Iſai. 60. v. 20. *Plur.* גֶּרֶשׁ יְרָחִים fructu lunarum, Deuteron. 33. verſ. 14., *id eſt,* quos quæque luna protrudit: *Plural. autem numerus ei tribuitur, quia pluries* nova *fit: Conſtruct.* כְּיַרְחֵי־קֶדֶם ut menſibus antiquis, Job 29. v. 2. *Chald.* לִירַח אֲדָר menſis Adar, Eſdr. 6. v. 15. *Plural.* יַרְחִין, menſes, Dan. 4. v. 26.

יֶרַח Jérahh, *Vulg.* Jaré, *nom. propr. filii Jectan*, Gen. 10. v. 26.

יָרוֹחַ Jarâ, *nom. propr. patris Huri*, 1. Paralipom. 5. v. 14.

יְרִיחֹה, יְרֵחוֹ, *&* יְרִיחוֹ, *nom. propr. civitatis opulentiſſimæ in Tribu Benjamin*, Num. 22. v. 1., Joſ. 2. v. 1., 1. Reg. 16. v. 34. *Etymol.* luna, menſis, *aut* odor ejus, *ab* יָרֵחַ luna, יֶרַח menſis, *aut* רֵיחַ odor.

יְרֹחָם Jerohám, *nom. propr. virorum*, 1. Reg. 1. v. 1., 1. Paralip. 6. v. 27., *&c.*

יְרַחְמְאֵל Jerameél, *&* Jeremiél, *nom. propr. virorum*, 1. Paralip. 2. v. 9., Jerem. 36. v. 26.

יְרַחְמְאֵלִי Jerahhmeeli, *Vulgat.*, Jerameeli, 1. Sam. 27. v. 10., qui-

quibuſdam eſt locus, vel regio Tribus Judæ; aliis eſt nom. familiæ, q. d. poſteris Jerameel, *vel* poſſeſſio poſterorum Jerameel.

יַרְחָע Jarhhá, *Vulgat.*, Jeraá, *nom. prop. viri*, 1. Paralip. 2. verſ. 34.

ירט Declinavit, divertit: *Præter.* כִּי־יָרַט quia declinavit, Num. 22. v. 32. *In Targum Jonathæ habetur*, סָטַת declinat de via, *LXX. ibidem vertunt*, οὐκ ἀστεῖα non urbana, non grata; *Vulgat. habet*, perverſa eſt (via tua), mihique contraria. *Futur. tranſitivum*, יִרְטֵנִי, Job 16 v. 11., inclinavit me, pervertet, declinare me fecit, implicabit me; *LXX. habent*, ἔρριψέ με jecit, projecit me; *Sym.* ἐνέβαλέ με injecit me; *Vulgat.*, tradidit me: *Vide in* רָטָה.

ירך Femur, *cum de homine dicitur: Quidam arbitrantur dictionem hanc ſpectare ad rad.* רָכַךְ mollis fuit, *vel* factus eſt, mollitus, emollitus eſt; *unde* femur *videtur ipſis dictum* יָרֵךְ, *quia pars utriuſque lateris* mollior, tenerior, *&* carnoſior: *Et quia* femur *eſt in* latere; *hinc* יָרֵךְ *metaphorice ſæpe, & quidem maxime cum ſermo habetur de rebus inanimatis, eſt*: I. Latus, angulus: II. Plaga *(orbis)*: III. Pes, *&* ima pars *aliarum rerum*; ſcapus, haſtile: שׁוֹק עַל־יָרֵךְ, Judic. 15. v. 18., *quo in loco varia eſt Interpretum ſententia; Nonnulli vertunt*, (& percuſſit eos) crure (*vibrato*) in femora, *id eſt, non aliis armis eos aggreſſus quam* pede; *Alii vertunt*, (percuſſit eos) ita, ut crus femori jungeretur; *Vulg. habet*, (percuſſit eos) ita, ut ſtupentes ſuram femori imponerent; עַל־כַּף הַיָּרֵךְ, Geneſ. 32. v. 33., ſuper acetabulum, concavitatem, nervum femoris: *Conſtruct.* עַל יֶרֶךְ, Exod. 40. vv. 22. 24., ad latus, in latere, *& juxta Vulg.*, ad plagam, in parte; עַל יֶרֶךְ הַמִּזְבֵּחַ ad latus altaris, Levit. 1. v. 11.; תַּחַת יְרֵךְ, Geneſ. 24. verſ. 9., ſub femore, infra femur, *hoc eſt*, ſupra genua; *ſervi enim juraturi manum imponebant* genuis *dominorum ſuorum*: *Cum affix.* תַּחַת יְרֵכִי ſubter femur meum, *id eſt*, ſuper genua mea, Gen. 24. v. 2., יְרֵכְךָ femur tuum, Num. 5. v. 21., בְּכַף־יְרֵכוֹ in acetabulo, in nervo femoris ejus, Geneſ. 32. v. 26., יְרֵכָהּ, Exod. 25. v. 31., 37. v. 17., ſcapus ejus, haſtile ejus;

ejus ; nam de candelabro dicitur ; ita Num. 8. verſ. 4., *ubi Vulg. habet*, medius ſtipes; *ſed* Num. 5. v. 27., יְרֵכָהּ *vertendum eſt*, femur ejus. *Duale*, וְעַד־יְרֵכַיִם uſque ad femora, Exod. 28. v. 42. *Cum affix.* חַמּוּקֵי יְרֵכַיִךְ ambitus femorum tuorum, Cantic. 7. v. 1.

יַרְכָּה *fœm.* Femur, latus: *Cum affix.* וְיַרְכָתוֹ עַל־צִידֹן, Gen. 49. v. 13. & latus ejus, plaga, terminus ejus, *ſcil. terræ*, juxta Tzidon (*erit*); *Vulg. habet*, pertingens uſque ad Sidonem. *Chald.* יַרְכָּתֵהּ latus, *vel* femur ejus, Daniel. 2. v. 32. *Duale* יַרְכָתַיִם utraque femora, latera: *Item ſignificat* extremum *alicujus rei*, *vel* partem *aliquam ejuſdem*; poſticum latus occiduum *tabernaculi*: בַּיַּרְכָתַיִם, Exod. 26. v. 23., in utroque latere; *Vulg. vertit*, poſt tergum (tabernaculi), *ſive* retro, *ut habet ibidem* cap. 36. verſ. 28., בַּיַּרְכָתָם יָמָּה, Ezech. 46. v. 19., in lateribus, in extrema parte verſus occaſum, *ſive* occidentali; *Vulgat. reddit*, (locus) vergens ad occidentem; לְיַרְכָתַיִם יָמָּה, Exod. 26. verſ. 27., 36. v. 32., ad latera verſus mare; *& juxta Vulg.* ad occidentalem plagam verſus mare: *Conſtr.* יַרְכְּתֵי לְבָנוֹן, 2. Reg. 19. v. 23., extrema Libani, *& juxta Vulgat.*, in ſummitate Libani; עַד־יַרְכְּתֵי הָר uſque ad extrema montis, *ſive* ad extremum montem; *ubi Vulg. vertit*, in latere montis; אֶל־יַרְכְּתֵי הַסְּפִינָה, Jonæ 1. v. 5., ad latera, ad angulum navis; *Vulgat. habet*, ad interiora navis; *Cum præfix.* בְּיַרְכְּתֵי הַמְּעָרָה, 1. Sam. 24. v. 4., in extremo, in interiore ſpeluncæ; בְּיַרְכְּתֵי־בוֹר, Ezech. 32. v. 23., in imo foveæ, in noviſſimis laci; *Sed* Amos 6. v. 10. *redditur* in penitiſſimis, in penetralibus (domus); מִיַּרְכְּתֵי הַבַּיִת, 1. Reg. 6. v. 16., ab intimo domus, *& juxta alios*, ad poſteriorem partem templi; מִיַּרְכְּתֵי אָרֶץ, Jerem. 6. v. 22., 25. v. 32., 31. v. 8., ab extremo, a finibus terræ.

יְרֵמַי Jermái, *nom. propr. viri*, Eſdr. 10. v. 33.

יִרְמְיָה Jermia, *nom. propr. principis dimidiæ Tribus Manaſſe &c.*, 1. Paralipom. 5. v. 24.

יִרְמְיָהוּ Irmejáhu, *Vulg.*, Jeremias, *nom. propr. viri*, *qui unus fuit e quatuor majoribus Prophetis*, Jerem. 1. v. 1., *item nom. propr. patris Amital, quæ fuit mater Sedeciæ*, Jerem. 52. verſ. 1.

יַרְמוּת Jarmúth; *Vulg.* Jaramóth, *&* Jerimóth, *nom. propr. civitatum*, Joſ. 10. v. 3., 15. v. 35., 21. v. 29.

יְרֵמוֹת Jerimóth, *nom. propr. virorum*, 1. Paralipom. 8. v. 14.

יְרִימוֹת Ierimóth, *aut* Jerimóth, *nom. propr. virorum eorumdem ac ſupra*, 1. Paral. 7. v. 7., 2. Paralip. 31. v. 13.

יָרַע Malus, malignus, nocivus fuit: *&* *ad* animum *relatum*, male, ægre ſe habuit, triſtis fuit; *&* *ſequente* בְּעֵינַיִם in oculis, male viſus eſt, diſplicuit; *Præter.* נַפְשׁוֹ יָרְעָה לוֹ, Iſai. 15. v. 4., anima ejus mala videbitur ipſi, *id eſt*, tædebit ipſum animæ, *hoc eſt*, vitæ ſuæ; *Joa. Simon, aliique vertunt*, anima ejus male ſe habuit, *vel juxta alios*, anima ejus vociferata eſt ſibi, *voce ſcil. fletus*, & ululatus; *Vulgat. habet*, anima ejus ululabit ſibi, *id eſt*, *propter ſeipſam*, *propter malum*, *quod ſibi evenit*; *unde iſti dictionem hanc derivaſſe videntur a rad.* רִיעַ clamare, vociferari: *Futur.* אַל־יֵרַע, ne malum, ne aſperum videatur, ne diſpliceat, Geneſ. 21. v. 12., *ſed* 1. Sam. 1. verſ. 8., male ſe habet, triſte eſt, affligitur, *ita* Job 20. verſ. 26. *Eſt & tranſitivum*, יֵרַע לָנוּ, malefacturus, nociturus eſt nobis; *&* *juxta Vulgat.*, magis afflicturus eſt nos, 2. Samuel. 20. v. 6., *cum præfix.* וַיֵּרַע, & malum viſum eſt, diſplicuit, Geneſ. 21. v. 11., *&c.* *Fœm.* תֵּרַע, Deuter. 28. vv. 54. 56., male, ægre ſe habebit, malignus erit, *&* *juxta Vulgat.*, invidebit; *Plural.* מַדּוּעַ לֹא־יֵרְעוּ פָנַי, Nehem. 2. verſ. 3., quare non eſſet malus, *id eſt*, afflictus, male diſpoſitus vultus meus? *ſive, ut alii habent*, cur non male ſe habeant, non triſtes ſint, *vel* erunt facies meæ? *Vulg. vertit*, quare non mœreat vultus meus? *Vide, quæ ſequuntur*: *Vide etiam in* רוּעַ, רִיעַ, *&* רָעַע.

יְרִיעָה *fœm.* Aulæum, cortina, velum, ſagum: *item juxta LXX.*, *&* *Sym.* δέῤῥις, *Vulgat.*, pellis, Exod. 26. v. 2., *&c.* *Quidam dictionem hanc derivant ab* רָעָה ſociatus, conſociatus eſt; *unde* cortina, *quod ſimul junctæ tentorium conficiant*: *Plural.* יְרִיעוֹת, Habac. 3. v. 7., *cum affix. in pauſa* יְרִיעֹתָי, Jerem. 4. v. 20, *&* *cum* Vau, יְרִיעוֹתָי, Jerem. 10. verſ. 20, aulæa mea, *&* *juxta Vulg.*, pelles meæ; *ex quibus ſcil. integrum* aulæum, *ſeu* tentorium *conficiebatur*; יְרִיעוֹתֵיהֶם aulæa, pelles eorum, Ezech. 49. v. 29.

יְרִיעוֹת Jerióth, *nom. propr. filii Caleb*, 1. Paralipom. 2. v. 18.

יִרְפְּאֵל Jarephél, *nom. propr. civitatis Tribus Benjamin*, Joſ. 18. verſ. 27.

ירק Spuit, exſpuit; inſpuit: *Sed Arab. eſt*, viruit, frondüit, *& proprie* ſplenduit, *ut notat Joa. Simon*: *vocabula autem* ſplendoris *ad* virorem *referuntur*: *Præter. maſc.* יָרַק ſpuit, inſpuit, ſpuiſſet, Num. 12. v. 14., *Fœmin.* וְיָרְקָה & ſpuet, Deuteron. 25. verſ. 9. *Infin.* יָרֹק ſpuendo, *vel juxta LXX.* πτύων ſpuens, Num. 12. v. 14. *Vide* רִיק, *&* רָקַק.

יָרָק *maſc.* Olus, *ſativum propriè*, *& cibarium*; *quidam autem putant*, olus *dictum* יָרָק, *quaſi terræ*, *aut plantarum* ſputum: לְגַן־יָרָק hortum olerum, 1. Reg. 21. v. 2. *Conſtr.* וִירַק דֶּשֶׁא & olus herbæ, 2. Reg. 19. v. 26., *id eſt*, oleracea herba, *vel*, viror herbæ.

יָרוֹק *maſc.* Viride, viriditas, virens herba, *& juxta Vulgat.* virentia, Job 39. v. 11.

יֶרֶק *maſc.* Viror, viriditas: olus viride: *Dicitur tam de arboribus*, *quam de herbis*, Exod. 10. v. 15., Geneſ. 1. v. 30.

יֵרָקוֹן *maſc.* Rubigo, ærugo, aurigo, pallor: Rubigo *eſt ſegetum morbus naſcens in culmis ex nimio humore*, *vel nimio æſtu*; ærugo *idem ſignificat ac* robigo, *niſi quod* ærugo *Latinis eſt in* ære, *&* argento, *cum* virideſcit; rubigo *autem in* ferro, *&* ſegetibus; *Sed* aurigo, *&* pallor *eſt hominum morbus*, morbus regius; *Item* יֵרָקוֹן *a Vulg.*, *aliiſque redditur* icterus. *Dictio hujuſmodi* יֵרָקוֹן *eſt ab* יָרַק ſpuit; *unde* aurigo, *&* rubigo, *quod ſint vel ſegetum*, *vel corporum quaſi* ſputum, *&* excrementum: יֵרָקוֹן rubigo, ærugo, 1. Reg. 8. verſ. 37., *Cum præfix.* וּבַיֵּרָקוֹן & rubigine, & morbo regio; לַיֵּרָקוֹן in pallorem, in auriginem.

יַרְקוֹן Jarkón; *Vulg. autem*, *juncto hoc nomine cum præcedenti voce* וּמֵי, *reddit*, Mejarcón, *nom. propr. civitatis Tribus Dan*, Joſ. 19. v. 46.

יָרְקְעָם Jercaám, *nom. propr. filii Raham*, 1. Paralipom. 2. verſ. 44.

יְרַקְרַק *maſc.* Subviridis, *aut* ſubrufa, ſubfulva; *geminatio enim ſecundæ*, *& tertiæ literæ rad.*, *ut Pagnino*, *aliiſque videtur*, *argumentum eſt* decrementi *rei ſignificatæ*; *At contra arbitratur R. David Kimchi in* Pſalm. 3. verſ. 3., *quem ſequitur*

Joa. Simon; *unde* יְרַקְרַק *ab eodem redditur* ſplendor ſummus, *vel* continuo rutilans, rutilatio; *item* copioſe, *ſive* hinc inde viridis: יְרַקְרַק, Levit. 13. verſ. 49., ſubviridis; *a Vulgat. redditur*, alba: *Cum præfix.* בִּירַקְרַק, Pſal. 68. v. 14., in ſubfulvo; *Hieronymus habet*, in virore; *Vulgat.*, in pallore (auri): *Plural. fœmin.* יְרַקְרַקֹּת, Levit. 14. v. 37., ſubvirides, *vel ſubſtantive*, ſubviriditates; *Vulgat. habet*, pallore.

ירש Jure hæreditario poſſedit, in hæreditatem ſucceſſit, hæreditatem adiit, *vel* obtinuit, hæres effectus fuit: *Præt. cum affix.* וִירִשְׁתָּהּ & poſſideas eam, Deut. 30. v. 5., וִירִשְׁתָּם & poſſidebis eas, Deuteron. 19. v. 1. & 31. verſ. 3. *Plural.* וִירִשְׁתֶּם, & poſſidebitis (gentes), Deuter. 4. v. 1., *cum* Chirek *in medio*, *loco* Pathach; *Cum affix.* וִירֵשׁוּהָ & poſſideant eam, Pſal. 69. verſ. 36., *&c.*, וִירַשְׁנוּהָ & poſſidebimus eam, Ezech. 35. v. 10. *Particip.* יוֹרֵשׁ; *& fœmin.* יֹרֶשֶׁת hæres, poſſeſſor, poſſidens; *Plural.* יֹרְשִׁים poſſeſſores: *Infinit. cum affix. ex forma perfecta*, הֲלְיָרְשֵׁנוּ, Judic. 14. v. 15., num ad poſſidendum nos? *Vulgat. habet*, an (idcirco vocaſtis nos ad nuptias), ut ſpoliaretis? *petita ſignificatione a* רוּשׁ; *ſed & Joa. Simon ibidem reddit*, pauperes reddere nos: *Et in forma imperfecta cum præfix.* לָרֶשֶׁת, *& in pauſa* לָרָשֶׁת ad poſſidendum; *Cum affix.* לְרִשְׁתָּהּ ad poſſidendum eam, Geneſ. 15. v. 7., *&c.*, *Imperat.*, רֵשׁ poſſide: *&* רָשׁ, *ut* Deuter. 2. v. 31., *& regulariter cum* ה *paragogico*, יְרָשָׁה poſſide, Deuter. 33. v. 23. *Plural.* וּרְשׁוּ & poſſidete: *Futur. cum affix.* אִירָשֶׁנָּה, poſſeſſurus ſum eam, Geneſ. 15. v. 8., תִּירָשֶׁנּוּ poſſidebis eum, Judic. 11. v. 23., יִירָשֵׁם poſſidebit eos, Hoſe. 9. v. 6. *Plural.* נִירָשׁ poſſidebimus, Judic. 11. v. 24., *& cum* ה *paragog.* נִירְשָׁה poſſideamus, Pſal. 83. v. 13., *Cum* ן *paragog.* תִּירָשׁוּן poſſidebitis, Deuter. 5. v. 33. *Cum affix.* יִירָשׁוּהָ poſſidebunt, poſſiderunt eam; יִירָשׁוּם, *&* וַיִּירָשׁוּם poſſidebunt, & poſſederunt eos, Deuteron. 2. vv. 12. 21. 22. *Niph.* נוֹרַשׁ, pauperem fieri, *vel* effici, *quod habet ab affini verbo* רוּשׁ: *Futur.* וּפֶן אִוָּרֵשׁ, & ne forte pauper factus, Proverb. 30. verſ. 9. *Pih. Futur.* יְיָרֵשׁ, jure hæreditario poſſidebit, *aut* faciet poſſidere, Deuteron. 28. v. 42., *Alii vertunt*, exterminabit, *ſive* perdet; *Vulg. habet*, conſumet;

ſumet ; *ſenſumque optime expreſſit* . *Hiph.* הוריש , poſſidere fecit , poſſidendum dedit , *vel* tradidit , hæredem inſtituit ; *& contraria ſignificatione , petita a nomine* יְרֵשָׁה , יְרֻשָּׁה , *vel potius a cognato verbo* נרש , poſſeſſione expulit ; *& tunc plerumque conſtruitur cum Præpoſitione* מן , *vel* מִפְּנֵי . *Vulgat. perſæpe in hac conjugatione reddit* , diſperdidit , ſubvertit ; *& quandoque* , interfecit ; *quæ quidem interpretatio a legitima non aberrat ſacri Auctoris ſententia* . *Item* , depauperavit , pauperem fecit , *petita ſignificatione a* רוש : *Item ſimpliciter* , occupavit , cepit : *Præt.* וְהוֹרִישׁ & expellet , Deut. 11. v. 23. , Joſ. 23. v. 5. , *ita in aliis Scripturæ locis* ; *Cum affix.* הוֹרִישׁוֹ expulit eum , Joſ. 17. v. 13. , Judic. 1. vv. 28. 32. ; הוֹרַשְׁתָּ expuliſti , 2. Paralipom. 20. v. 7. , Pſalm. 44. v. 3. *Cum affix.* הוֹרַשְׁתָּנוּ poſſidere feciſti nos , 2. Paralip. 20. v. 11. וְהוֹרַשְׁתָּם , & expuliſti eos , Deuteron. 9. v. 7. , וְהוֹרַשְׁתִּים , & expellam eos , Joſ. 14. v. 12. *Plur.* הוֹרִשׁוּ expulerunt ; וְהוֹרַשְׁתֶּם & expelletis , Num. 33. vv. 52. 53. , *&* Joſ. 8. v. 7. , *a Vulgat. redditur* , & vaſtabitis ; *a Joa. Simone* , & occupabitis , capietis ; *Sed* Eſdr. 9. verſ. 12. , & poſſidendam tradatis : *Particip.* מוֹרִישׁ expellens , expellit , Deuteron. 18. v. 12. , *item* pauperem reddens , *vel* reddit , facit , 1. Sam. 2. v. 7. *Cum affix.* מוֹרִישָׁם expellit eos , Deuteron. 9. vv. 4. 5. *Vide inter nomina* : *Inſin.* וְהוֹרֵשׁ , וְהוֹרִישׁ , *&* לְהוֹרִישׁ & expellere , & expellendo , ad expellendum ; *Cum affix.* עַד הוֹרִישׁוֹ donec expellere eum , *ſive* expellat ipſe , *& juxta Vulgat.* , donec ſubvertat , Num. 32. v. 21. , הוֹרִישָׁם expellere , diſperdere eas , Judic. 2. v. 23. , *ita* Deuteron. 7. v. 17. , Joſ. 15. v. 63. *Futur.* אוֹרִישׁ , Exod. 34. verſ. 24. , *& cum affix.* וְאוֹרִישֶׁנּוּ , Num. 14. v. 12. , & expellam eum ; אוֹרִישֵׁם expellam eos , Joſ. 13. v. 6. , תּוֹרִישׁ expelles , Joſ. 17. v. 18. *Cum affix.* וַתּוֹרִישֵׁנִי עֲוֹנוֹת , Job 13. v. 26. , & poſſidere me facies iniquitates (pueritiæ , *vel* adoleſcentiæ meæ) ; *Alii vertunt* . hæreditate me depellis , *vel* exterminabis , *vel* depauperare facies me *propter* iniquitates ; *Vulgat. habet* , conſumere me vis peccatis *&c.* , יוֹרִשׁ , *& cum* Vau *præfix.* וַיּוֹרֶשׁ , וַיֹּרֶשׁ expellet , & expulit , & occupavit , & poſſedit , Joſ. 3. verſ. 10. , Num. 21. verſ. 32. , *&c. Cum affix.* יוֹרִישְׁךָ poſſidere faciet , *vel* fecit te , *& juxta Vulgat.* , poſ-

ſidet, Judic. 11. v. 24., יִרָשֶׁנּוּ, & *juxta Maſſor.*, יוֹרִשֶׁנּוּ, Job 20. v. 15., extrahet, expellet eas (*divitias*); יוֹרִשֶׁנָּה, Zachar. 9. verſ. 4., expellet eam; *Vulgat. vertit*, poſſidebit eam; *idem tamen ſenſus in utraque interpretatione, uti ex ipſa orationis ſerie patet*; וַיֹּרִשֵׁם וַיּוֹרִשֵׁם, & expulit, & delevit eos, Joſ. 13. v. 12., *cum affix. poetico* תּוֹרִישֵׁמוֹ, Exod. 15. v. 9., occupabit, hæreditate accipiet, *vel* hæreditate pellet eos; *Sed LXX. vertunt*, exterminabit; *Vulgat.*, & *Syriaca verſio habent*, interficiet eos: *Vide inter nomina*: *Plural.* וְאִם־לֹא תוֹרִישׁוּ, Num. 33. v. 55., & ſi non expuleritis; *Vulg. vertit*, ſin autem nolueritis interficere.

יְרֵשָׁה *fœm.* Poſſeſſio, hæreditas, Num. 24. v. 18.

יְרֻשָּׁה *fœm. Idem*, Deuteron. 2. verſ. 5. *Conſtr.* יְרֻשַּׁת יִרְאֵי שְׁמֶךָ hæreditatem timentium nomen tuum, Pſalm. 61. v. 6. *Cum affix.* לִירֻשָּׁתוֹ ad hæreditatem ſuam, Deuteron. 3. v. 20., מִיְּרֻשָּׁתְךָ ab hæreditate tua, 2. Paralip. 20. v. 11., יְרֻשַּׁתְכֶם hæreditas veſtra, Joſ. 1. v. 15.

יְרוּשָׁה Jeruſá, *nom. propr. matris Joatham*, 2. Reg. 15. v. 33., 2. Paralipom. 27. v. 1.

מוֹרָשׁ *m.* Poſſeſſio, hæreditas; & *ſi tribuitur* cordi, *ſignificat, ut multis videtur*, cogitationes, *ſive* res, quibus cor occupatur, *vel* quas cor jam poſſidere ſibi imaginatur. *Conſtr.* לְמוֹרַשׁ in hæreditatem, in poſſeſſionem, Iſai. 14. v. 23. *Plural. Conſtr.* מוֹרָשֵׁי לְבָבִי, Job 17. v. 11., poſſeſſiones, & *juxta LXX.*, τὰ ἄρθρα articuli cordis mei; *Vulgat. vertit*, torquentes cor meum: *Cum affix.* אֶת־מוֹרָשֵׁיהֶם hæreditarias poſſeſſiones ſuas, Abd. 17., *LXX. ibidem reddunt*, κατακληρονομήσαντες αὐτοὺς, *Vulgat.*, qui ſe poſſederunt.

מוֹרָשָׁה *fœm.* Sors, poſſeſſio, hæreditas, Exod. 6. v. 8., Deuteron. 33. v. 4., מוֹרֶשֶׁת, Mich. 1. v. 14., *Vulgat.*, & *aliis bene multis eſt* poſſeſſio, hæreditas; *Aliis vero eſt nom. propr. loci prope urbem Geth. Vide poſtea ſub littera* מ.

תִּירוֹשׁ *m.* Muſtum, vinum, *ſic dictum, quod, potum, hominem facillimè* poſſideat, & occupet, *mentemque è recta ſua ſede* expellat: תִּירוֹשׁ וְדָגָן muſti, & frumenti, Num. 18. v. 12. *Cum affix.* אֶת־תִּירוֹשִׁי muſtum meum, Judic. 9. v. 13.

יְרוּשָׁלַםִ, & *quinquies* יְרוּשָׁלַיִם Jeruſalem, *nom. propr. metropolis Judææ, quæ partim in Tribu Juda, partim in Tribu*

Ben-

Benjamin extructa erat. Olim dicta eſt Salem, Gen. 14. v. 18., *deinde* Jebus, *a Jebuſæo Chanaanis filio*, Joſ. 18. v. 28.

יָשַׁב Sedit, conſedit: manſit, permanſit: habitavit, incoluit: *quandoque* habitari: *Præter.* יָשַׁבְתָּ ſediſti, Judic. 5. v. 16., *& cum* ה *paragog.* וְיָשַׁבְתָּה & habitabis, Deuter. 17. v. 14., יֹשַׁבְתְּי, *anomalum, ex forma præteriti, & participii compoſitum, vide in partic.*, יָשַׁבְתְּ ſediſti, Jerem. 3. v. 2. *Partic.* יוֹשֵׁב, *&* יֹשֵׁב, ſedens, habitans, incola, habitator; הַיֹּשֵׁב עַל־כִּסְאוֹ, Exod. 11. v. 5., 12. v. 29., (*a* primogenito Pharaonis), qui ſedet, *vel* ſedebat in ſolio ejus; *quidam τὸ* הַיֹּשֵׁב *ad ipſum primogenitum referunt, atque vertunt*, qui ſedet, *id eſt*, jam cum patre regnans, *vel* ſeſſurus, *ſive* regnaturus, *ex jure gentium*; *Alii referunt ad Pharaonem patrem*; יֹשֵׁב, Judic. 1. v. 27., *ubi Maſſor. habet in plur.* יֹשְׁבֵי, incola, *vel* incolæ, habitatores; *Cum* Jod *paragog.* הַיֹּשְׁבִי qui habitas, Pſal. 123. v. 1., *Fœm.* הַיֹּשְׁבָה, Nahum 3. v. 8., יֹשֶׁבֶת, Levit. 15. v. 23., *& in pauſa* יוֹשָׁבֶת, Joſ. 2. v. 15., ſedens, habitans; *Cum* Jod *paragog.* יֹשַׁבְתִּי, Jerem. 22. v. 23., יוֹשֶׁבֶתי, Jerem. 10. v. 17., Thren. 4. v. 21., *& cum præfix.* הַיֹּשֶׁבֶתי, Ezech. 27. v. 3., (*quibus in locis etiam Maſſor. notat* Jod *abundare*), quæ ſedes, habitas, ſedens, reſidens, habitans: *Plur. m.* הַיּוֹשְׁבִים, יוֹשְׁבִים, יֹשְׁבִים, habitantes, ſedentes; *Conſtr. cum præfix.* מִיֹּשְׁבֵי ex habitatoribus; *cum affix.* וּלְיוֹשְׁבָיו, & habitatoribus ejus; יוֹשְׁבֶיהָ, *&* יֹשְׁבֶיהָ habitatores ejus; *Fœm.* יוֹשְׁבוֹת, *&* יֹשְׁבוֹת habitantes, inabitantes: *Infin.* יָשֹׁב ſedendo, 1. Sam. 20. v. 5. *Et ex forma imperfecta* שֶׁבֶת habitare, ſedere; *item* ſeſſio, ſedes; *Cum præfix.*, *& in pauſa* הַשָּׁבֶת ſedere, ſeſſio, ſedile, 1. Reg. 10. v. 19., בְּשֶׁבֶת, בַּשָּׁבֶת in habitando, in ſede, Judic. 11. v. 26., 2. Sam. 23. v. 8., כְּשֶׁבֶת ſecundum ſedere, cum ſediſſet, poſtquam ſediſſet, Eſth. 1. verſ. 2., מִשֶּׁבֶת, quam ut habitare poſſent, Gen. 36. v. 7., ne habitarent, Judic. 9. v. 41. *Cum affix.* שִׁבְתִּי habitare me, *ſive, juxta LXX., Chald., Syr., Vulg., &c.*, ut inhabitem, Pſalm. 27. v. 4., *item* ſeſſionem meam, Pſalm. 139. v. 2., בְּשִׁבְתִּי in reſidendo me, cum reſiderem, cum eſſem, 2. Samuel. 15. v. 8., לְשִׁבְתִּי ad habitandum, ut habitem ego, 2. Sam. 7. v. 5., שִׁבְתְּךָ, *& in pauſa*, שִׁבְתֶּךָ ſeſſio tua, habitaculum tuum,

habi-

habitatio tua; בְּשִׁבְתְּךָ in ſedere te, in ſeſſione tua, & *juxta Vulg.*, ſedens; שִׁבְתּוֹ habitaculo ſuo, ſede ſua, Pſalm. 33. v. 14., בְּשִׁבְתּוֹ in ſedere eum, cum habitaret, moraretur ipſe, 2. Sam. 19. v. 33., כְּשִׁבְתּוֹ poſtquam ſederit, Deuteron. 17. v. 18., לְשִׁבְתּוֹ ad ſeſſionem ejus, Pſalm. 68. v. 17., *fœm.* שִׁבְתָּהּ הַבַּיִת מְעָט, Ruth 2. v. 7., ſeſſio ejus domi paululum; *ſive* parumper in domo commorata eſt; *Vulg. reddit*, & ne ad momentum quidem domum reverſa eſt; *Interpretatio hæc prima ſpecie cum Hebr. pugnans facile conciliatur; Nam Ruth non eſt reverſa domum ſocrus ſuæ, in qua degebat, quæque erat in civitate Bethlehem, & ex qua egreſſa venerat in agrum, ſed in eodem agro continuo manſit;* pauliſper *tamen, juxta Hebr.*, commorata eſt, ſedit in domo rurali, *quæ ad Boozi prædium, ſive agrum pertinebat; & ſane* בַּיִת *hoc in loco fuiſſe uſurpatum pro* סוּכָּה, *ideſt, pro* tugurio, & tentorio, *quod in agris figi ſolebat, affirmat Aben Eſra*; בְּשִׁבְתֵּנוּ in ſedendo nos, quando ſedebamus, Exod. 16. v. 3., לְשִׁבְתֵּנוּ, ad habitare nos, ad habitandum, ut habitaremus, Jerem. 35. v. 9., בְּשִׁבְתְּכֶם in habitando vos, quando habitabatis, Levit. 26. v. 35., שִׁבְתָּם habitare ipſos, 2. Reg. 17. v. 25., *item* ſeſſio eorum, Thren. 3. v. 63., בְּשִׁבְתָּם in habitare eos, cum habitarent, Ezech. 39. v. 26. *Imperat.* שֵׁב, & *cum* ה *paragog.* שְׁבָה, Gen. 20. v. 15., 27. v. 19., &c., *fœm.* שְׁבִי, & *forma perfecta* יְשְׁבִי, Jerem. 48. v. 18., *ubi Maſſor. habet*, וּשְׁבִי, ſede, habita, mane: *Vide* שָׁבָה, & *quæ inde ſequuntur*: *Plur.* שְׁבוּ, & *in pauſa* שֵׁבוּ ſedete, habitate: *Futur.* אֵשֵׁב, *cum* ה *paragog.* אֵשְׁבָה, 1. Sam. 27. v. 5., *unde in pauſa* וְאֵשֵׁבָה, Iſai. 49. v. 20., ſedebo, conſidebo, manebo, habitabo, & habitem; לְמַעַן לֹא תֵשֵׁבִי ut non habiteris, Ezech. 26. v. 20. *Vide in* נָשַׁב; *Plur. fœmin.* תֵּישַׁבְנָה, Ezech. 35. v. 9., *ubi Maſſor. habet* תָּשׁוֹבְנָה, permanebunt, *vel paſſive* inhabitabuntur; *Alii hoc referunt ad* שׁוּב; *vide ibidem*; *Niph. Præter.* וְנוֹשָׁבוּ ut inhabitentur (civitates), Ezech. 36. verſ. 10. לֹא נוֹשָׁבָה, & *juxta Maſſor.*, נוֹשָׁבוּ non habitantur, *Vulg.*, inhabitabiles, Jerem. 22. v. 6. *Partic.* נוֹשֶׁבֶת מִיַּמִּים, Ezech. 26. v. 17., habitata, quæ habitaris a maribus, propter maria, *ideſt*, propter commercia maritima; *Vulgat. vertit*, quæ habitas in mari; *Pih.*

Præt.

Præter. וְיָשְׁבוּ טִירוֹתֵיהֶם ut collocent arces ſuas (in te), Ezech. 25. v. 4. *Hiph* הוֹשִׁיב ſedere, reſidere, habitare, cohabitare, *&* habitari fecit, collocavit: *Item* uxorem duxit: *quæ phraſis, inquit Jod. Simon, deſumta eſt ab actione novi mariti, qua ſponſam domum ducit, ut cum ipſo* habitet: *Præter. cum* ה *relativo* הַהֹשִׁיב נָשִׁים נָכְרִיּוֹת qui collocavit, *vel* reſidere, *aut* habitare fecit uxores alienigenas, eas *nempe* ducendo, Eſdr. 10. v. 14. *Cum affix.* הוֹשִׁיבַנִי, habitare fecit me, collocavit me, Pſalm. 143. v. 3., וְהוֹשַׁבְתִּי & habitare faciam, Ezech. 36. v. 11., *item*, & inhabitari faciam, *ſive* fecero, *ibidem* v. 33. *Cum affix.* וְהוֹשַׁבְתִּיךְ & habitare faciam te, & collocabo te, Ezech. 26. verſ. 20., וְהֹשַׁבְתִּים & habitare eos faciam, Jerem. 32. v. 37., וְהוֹשַׁבְתִּים & collocabo eos, Hoſe. 11. v. 11., *&* *ex forma mixta, ex* יָשַׁב, *videl.*, *&* שׁוּב, וְהוֹשְׁבוֹתִים & reducam, & habitare faciam, *ſive* & reverſos collocabo, faciam conſiſtere eos; *Vulg. habet*, & convertam eos; *vide etiam in* שׁוּב; *Plur.* הֹשִׁיבוּ, *& cum* ה *relativo*, הַהֹשִׁיבוּ, Eſdr. 10. vv. 17. 18., qui duxerunt, duxerant, *ſive* matrimonio ſibi junxerant: *Particip.* מוֹשִׁיב, Pſal. 68. v. 7., *& cum* Jod *paragog.* מוֹשִׁיבִי, Pſal. 113. v. 9., habitare faciens; *vide etiam inter nomina*: *Infinit.* לְהוֹשִׁיב ad habitare faciendum, *juxta Vulg.*, ut ſedeat, 1. Sam. 2. v. 8., *&* לְהֹשִׁיב ad uxores ducendas; *Vulgat.* & ducamus uxores, Nehem. 13. v. 27., *cum* Jod *paragog.* לְהוֹשִׁיבִי ad collocandum, ut collocet, Pſalm. 113. v. 8. *Imperat.* הוֹשֵׁב fac habitare, colloca, Geneſ. 47. v. 6. *Plur.* וְהֹשִׁיבוּ & habitare, ſedere facite, collocate, 1. Reg. 21. v. 9., *cum affix.* וְהֹשִׁיבֻהוּ ducite, collocate, ſiſtite eum, 2. Paralipom. 18. v. 25. *Futur. cum affix.* אוֹשִׁיבְךָ ſedere te faciam, Hoſe. 12. v. 10., וַתּוֹשֵׁב & habitare feciſti, & collocaſti, 2. Reg. 17. v. 26., *cum affix.* תּוֹשִׁיבֵנִי habitare facies me, conſtituiſti me, Pſal. 4. v. 9. *Vide inter nomina*; וַיּוֹשִׁיבֵינִי, (*cum* Jod *redundante*), & collocavit me, 1. Reg. 2. v. 24., וַיֹּשִׁיבֵם & collocat eos, Job 36. v. 7. *Plur.* וַנֹּשֶׁב & duximus (mulieres), Eſdr. 10. v. 2., וַתֹּשִׁיבוּ & duxiſtis (uxores), Eſdr. 10. verſ. 10., יוֹשִׁיבוּ habitare facient; habitabiles efficient, Iſai. 54. v. 3. *cum affix.* וַיֹּשִׁיבוּם & collocavit eos, 1. Sam. 12. v. 8., וַיֹּשִׁבֵם & reſidere eos fecerat,

cerat, juſſerat, 1. Sam. 30. v. 21. *Hoph. Præter.* וְהוּשַׁבְתֶּם & habitatores efficiamini, Iſai. 5. v. 8. *Futur.* תּוּשָׁב habitabitur, Iſai. 44. v. 26.

שִׁיבָה *fœm.* Seſſio, reſidentia: *Cum affix.* בְּשִׁיבָתוֹ in reſidentia ejus, dum reſedit ipſe, 2. Sam. 19. v. 33.

יְשִׁיבָה *fœm.* Univerſitas, academia, *dicta quaſi* conſeſſus diſſentium, *&* docentium, *apud Rabbinos*.

מוֹשָׁב *maſc.* Habitatio, ſedes: עִיר מוֹשָׁב civitatem habitationis, Pſalm. 107. v. 4., *id eſt*, habitabilem: *Conſtr.* וּבְמוֹשַׁב לֵצִים & in ſede deriſorum, Pſalm. 1. v. 1. *Cum affix.* מוֹשָׁבֶךָ habitatio tua, Geneſ. 27. v. 39., *Plural. Conſtr.* מוֹשְׁבֵי הָאָרֶץ habitationibus terræ, Ezech. 34. verſ 13., *&* *fœmin.* בְּכֹל מוֹשְׁבֹתֵיכֶם in cunctis habitationibus, *ſive* habitaculis veſtris, Exod. 12. v. 20., מִמּוֹשְׁבֹתֵיכֶם ex omnibus habitaculis veſtris, Levit. 23. v. 17., מוֹשְׁבוֹתָם habitationes eorum, 1. Paralip. 6. verſ. 39.

תּוֹשָׁב *maſc.* Incola, inquilinus: *Conſtruct.* תּוֹשַׁב כֹּהֵן inquilinus ſacerdotis, Levit. 22. v. 10. *Cum præfix.* כְּתוֹשָׁב ſicut inquilinus, colonus, Levit. 25. v. 40. *Cum affix.* וּלְתוֹשָׁבְךָ & advenæ, & inquilino tuo, Levit. 25. v. 6., *Plural.* וְתוֹשָׁבִים & inquilini, 1. Paralip. 29. v. 16. *Conſtr.* מִתּוֹשָׁבֵי ex inquilinis (Gilhad), 1. Reg. 17. v. 1.

יָשׁוּב Jáſub, *nom. propr. filii Iſſachar*, 1. Paralipom. 7. v. 1., *item nom. filii Iſaiæ prophetæ*, Iſai. 7. v. 3.

יֶשֶׁבְאָב Jéſcevâv, *Vulg.*, Isbaáb, *nom. propr. Sacerdotis*, 1. Paralip. 24. v. 13.

יִשְׁבָּח Iſcbáhh, *Vulg.*, Jesbá, *nom. propr. filii Eſræ*, 1. Paralip. 4. v. 17.

יָשֻׁבִי Jáſcuví, *Vulg.*, Jaſubitæ, *nom. patronymicum poſterorum Jaſub*, Num. 26. v. 24.

יִשְׁבִּי בְנֹב Iſcbí benóv, *Vulgat.*, Jesbibenób, *nom. propr. gigantis cujuſdam Philiſthæi, quem occidit David*, 2. Samuel. 21. verſ. 16.

יָשָׁבְעָם Jesbaám, *&* Jesboám, *juxta Vulgat.*, *nom. propr. virorum*, 1. Paralip. 11. v. 11., 27. v. 2.

יִשְׁבָּק Iscbák, *Vulgat.*, Jesboé, *nom. propr. filii Abrahami ex Cetura*, Geneſ. 25. v. 2., 1. Paralip. 1. v. 32.

יָשְׁבְּקָשָׁה Jesbacaſsá, *nom. propr. filii Heman*, 1. Paralip. 25. verſ. 4.

יֵשָׁה

יָשָׁה *Radix Hebræis in Kal inuſit., Arab. ſignificat* solidatus eſt, *Joa. Simone interprete. Inde ſunt*

יֵשׁ *maſc.* Solidum, & reale *quid*, res conſiſtens, & ſubſiſtens: *proprie nomen eſt; ſed pro verbo ſubſtantivo utriuſque numeri, videl.* eſt, ſunt, *uſurpari ſolet: Additis pronominibus, accommodatur aliis etiam perſonis:* יֵשׁ וְיֵשׁ, 2. Reg. 10. v. 15., eſt, & eſt, omnino eſt: *Vulg. habet*, eſt, ſi eſt; לְהַנְחִיל אֹהֲבַי יֵשׁ, Proverb. 8. v. 21., ut hæreditare, poſſidere faciam diligentes me id, quod eſt, *id eſt*, id, quod numquam eſſe deſinit, *ſive ut habent LXX.* ὕπαρξιν verum bonum; *Vulgat. reddit*, ut ditem diligentes me; וּמַה־יֶּשׁ־לִי & quid eſt mihi? 2. Sam. 19. v. 29., פֶּן־יֵשׁ, Deuter. 29. v. 17., & פֶּן־יֵשׁ, 2. Reg. 10. v. 23., ne ſit; *Cum præfix.* שֶׁיֵּשׁ quod eſt, Eccl. 2. v. 13., *cum* ה *interrog.*, הֲיֵשׁ an, nunquid eſt? Geneſ. 24. v. 23., 2. Reg. 10. v. 15., *Cum aſſix.* אִם־יֶשְׁךָ ſi es tu, Geneſ. 24. v. 42., *cum* Nun *epenthetico*, יֶשְׁנוֹ eſt ipſe, Eſth. 3. v. 8. *Plural.*, ſunt, 2. Reg. 2. v. 16., *&c.*, אִם־יֶשְׁכֶם עֹשִׂים ſi eſtis vos facientes, Geneſ. 24. v. 49. *Cum* ה *interrogat.* הֲיִשְׁכֶם an ſitis vos? *Eſt & cum* א: הַאִשׁ ſitne, Mich. 6. 10., אִם־אִשׁ ſi eſt, 2. Sam. 14. v. 19., *Hiſce duobus tertium Maſorethæ hoc loco annumerant, quod plenè cum* י *ſcribitur*, אִישׁ רֵעִים ſunt amici, Proverb. 18. v. 14., *pro quo in Targum poſitum eſt*, אִית ſunt. *Ex forma hac* אִישׁ *forte prodiit Chaldaicum* אִית, *mutato* שׁ *Hebr. in* ת. *Sed loco* Mich. *laudato LXX. vertunt*, μὴ πῦρ nunquid ignis? *Vulgat.*, ignis; *ita Sym., Syr., legebant* אֵשׁ; ignis *autem recte dici poteſt, quod cauſa eſt, cur omnia conſumentur: Sed loco* Prov. *item laudato a Vulgat., aliiſque dictio* אִישׁ *in communi ſenſu accipitur, redditurque* vir. *Vide, quod ſequitur.*

תּוּשִׁיָּה *fœm.* Eſſentia, ſubſtantia, ſubſtantiale, exiſtens, exiſtentia, ens, res. *Metaphorice fere ſemper uſurpatur, varieque redditur, & ſæpius*, æquitas, juſtitia, ſalus; *item* virtus, lex, ſapientia, *quod* ſtabilis, & durabilis *harum ſit* eſſentia, *ac reliqua omnia tranſeant. A* יֵשׁ *derivari* תּוּשִׁיָּה, *tradit Ab. Eſra in* Job 5. verſ. 12., & Iſai. 28. verſ. 29. *Kimchi in lib. Rad. ſcribit*, Jod *eſſe loco tertiæ radicalis* ה. *R.Levi* in Job 5. *in hac voce explicanda valdè prolixus eſt. Generalem habet uſum, & ſenſum, qui tamen in eo permanet,*

ut

ut ſolidum, & eſſentiale denotet: וְלֹא־תַעֲשֶׂנָה יְדֵיהֶם תּוּשִׁיָּה, Job 5. verſ. 12., & non faciant manus eorum rem, *ſive* quidquam ſubſiſtens; בְּכָל־תּוּשִׁיָּה, Prov. 18. v. 1., in omni re (implicatur), in omni ſapientia (miſcebit ſe), *Alii aliter vertunt; LXX., & Vulg. habent*, omni tempore (erit exprobrabilis); וְתוּשִׁיָּה יִרְאֶה שְׁמֶךָ, Mich. 6. v. 9., *locus etiam iſte in varium accipitur ſenſum: LXX., & Sym. reddunt*, & ſalvabit timentes nomen ejus; *Vulgat. habet*, & ſalus erit timentibus nomen tuum; *unde eiſdem hic, ſicuti &*, Prov. 2. v. 7., תּוּשִׁיָּה *eſt* ſalus; *&* יִרְאֶה *pro* יִרְאֵי (ה *vice loco* Jod *poſito*), *acceperunt, quemadmodum etiam Chald. & Hebr. apud Ab. Eſzram, nec non Syrus acceperunt; Alii vertunt*, vir ſalutis, *vel* ſapientiæ videbit, *id eſt*, habebit præ oculis nomen tuum.

יִשְׁוָה Iſcvàh, *Vulg.*, Jeſuá, *nom. propr. filii Aſſer*, Geneſ. 46. v. 17., 1. Paralip. 7. v. 30.

יִשְׁוָה Jeſiá, *&* Jeſué, *nom. propr. virorum*, 1. Paralip. 7. v. 30., Eſdr. 10. v. 31.

יִשְׁוִי Iſcví, *Vulg.*, Jeſsuí, *nom. propr. filii Aſſer*, Geneſ. 46. v. 17., 1. Paralipom. 7. v. 30.

ישח *maſc.* Depreſſio: *Cum affix.* יֶשְׁחֲךָ depreſſio, *vel* humiliatio tua, Mich. 6. verſ. 14. *Convenit cum* שחח, *&* שחח, & שוח, *quæ* depreſſionem *ſignificant*.

יְשׁוֹחָיָה Jeſcohhajáh, *Vulg.*, Iſuhája, *nom. propr. viri*, 1. Paralipom. 4. v. 36.

ישחת *f.* Fovea, *vide in* שַׁחַת.

ישט *in Kal inuſit., unde Hiph.* הוֹשִׁיט extendit, porrexit: *Futur.* יוֹשִׁט־לוֹ tetenderit, porrexerit, extenderit ipſi, Eſth. 4. v. 11., *propriè Chaldaicum eſt*.

יִשַׁי, *pro* יִישַׁי Iſcái, *Vulg.*, Iſai, *&* Jeſſe, *nom. propr. patris Davidis*, 1. Sam. 16. v. 3., 1. Paralipom. 2. v. 12., Ruth 4. v. 17., Iſai. 11. v. 10.

ישם Deſolatus fuit: *Convenit cum* שָׁמֵם, נָשַׁם, *&* אָשַׁם, *quæ ſuis locis vide. Futur.* תֵּשַׁם, וְתֵשַׁם, Ezech. 12. v. 19., 19. v. 7., vaſtabitur, deſolabitur; & deſolata eſt; *in pauſa* לֹא תֵשָׁם non deſoletur, Geneſ. 47. v. 19. *Plural.* תֵּישַׁמְנָה deſolabuntur, Ezech. 6. v. 6. *Hiph. Futur.* אִם־לֹא יַשִּׁים ſi non deſolaverit, Jerem. 49. v. 20., נַשִּׁים deſolabimus,

mus, Num. 21. verſ. 30., *quæ tamen ab Hebræis potiùs ad* שָׁמַם *referuntur*. *Vide in* שׁוּם, *& quæ mox ſequuntur*, *præcipue* יְשִׁימוֹת, *&* יְשִׁמָוֶת.

יָשַׂם Poſuit, *alias* שׂוּם: *Futur. cum* ה *paragog.* וָאָשִׂמָה, Judic. 12. verſ. 3., *ubi Maſſor. habet* וָאָשִׂימָה, & poſui; וַיִּשֶׂם & poſuit, *ſcil. aliquis*, (*imperſonaliter*), poſitus, repoſitus eſt, Geneſ. 50. v. 26., וַיִּישַׂם, Geneſ. 24. v. 33., *ubi Maſſor. habet* וַיּוּשַׂם *ex Hoph.*, & appoſitus, *ſive* appoſitum eſt.

יְשִׁמָא Jeſemá, *nom. propr. filii Etham*, 1. Paralip. 4. v. 3.

יְשִׂמְאֵל Iſmiél, *nom. prop. viri*, 1. Paralip. 4. v. 36.

יְשִׁימוֹן, *&* יְשִׁמֹן *maſc.* Solitudo, deſertum, deſertus locus, *ab* יָשַׁם; *Cum præfix.* בִּישִׁימוֹן in ſolitudine, in deſerto, Pſalm. 68. v. 8.

יְשִׁימוֹן Jeſcimón, *nom. propr. loci in Tribu Juda*, *ad Occidentem deſerti Maon prope montem Carmelum*, 1. Sam. 23. verſ. 24., *Vulg. ibidem* verſ. 19. *appellative accepit*, *tranſtulitque*, deſertum.

יִשְׁמָעֵאל Iſmaél, *&* Iſmahél, *nom. propr. filii Abrahami ex Agar ancilla*, Geneſ. 16. v. 11., *item nom. prop. filii Nathaniæ*, *& filii Aſel*, 2. Reg. 25. v. 25., 1. Paralip. 8. v. 38., 9. v. 44.

יִשְׁמְעֵאלִים Iſcmeelím, *Vulg.*, Iſmaelitæ, *nom. patronymicum poſterorum Iſmael*, Geneſ. 37. v. 25.

יִשְׁמַעְיָה, *&* יִשְׁמַעְיָהוּ Iſcmajá, *&* Iſcmajáhu, *juxta Vulg.*, Jeſmajás, *&* Samaja, *nom. propr. virorum*, *aut unius ejuſdemque viri*, 1. Paralip. 12. v. 4., 27. v. 19.

יִשְׁמְעֵלִי Iſcmeelí, *Vulg.*, Iſmaelites, *idem ac* יִשְׁמְעֵאלִים, *nom. poſterorum Iſmael*, 1. Paralipom. 27. v. 30.

יִשְׁמְרַי Iſcmerái, *Vulgat.*, Jeſamari, *nom. propr. filii Elphaal*, 1. Paralip. 8. v. 18.

יַשִּׁימָוֶת *Dictio hæc conſtat ex* מָוֶת *&* יַשִּׁי; *unde redditur*, decipiat mors, *id eſt*, improviſe irruat, veniat mors, Pſal. 55. verſ. 16.

יְשִׁמוֹת, *&* יְשִׁימוֹת; *unde cum præfix.* הַיְשִׁימוֹת, *ſemperque jungitur cum nomine* בֵּית domus; *a Vulgat. autem redditur*, Bethieſimóth, *&* Bethſimóth, *nom. propr. civitatis in campeſtribus Moab*, Num. 33. v. 49., Joſ. 12. v. 3., 13. v. 20., Ezech. 25. v. 9.

ישׁן Dormivit, obdormivit, redormivit: *Præter.* יָשַׁנְתִּי dormirem, Job 3. v. 13. *Plur.* וְיָשְׁנוּ & dormient, Jerem. 51. vv. 39. 57., Ezech. 34. verſ. 25. *Partip.* יָשֵׁן, *vide inter nomina*: *Infin. cum præfix.* לִישׁוֹן dormire, Eccleſ. 5. v. 11. *Futur.* פֶּן־אִישַׁן הַמָּוֶת ut non dormiam mortem, Pſal. [illegible] v. 4., *id eſt*, dormitione, *vel* ſomno mortis; *in pauſ*[illegible], Pſalm. 4. v. 9., *& cum* ה *paragog. in pauſa*, אִישָׁנָה [illegible] 3. v. 6., & dormiam; תִּישַׁן dormies, Pſalm. 44. [illegible] יִישַׁן dormiet, Pſal. 121. v. 4., Iſai. 5. v. 27., וַיִּי[illegible] Reg. 19. v. 5., *& in pauſa*, וַיִּישָׁן, Geneſ. 2. v. [illegible]., 41. v. 5., & dormivit, *Plur.* יָשְׁנוּ *pro* יִישְׁנוּ dormient, Proverb. 4. v. 16. *Niph.* נוֹשַׁן veteraſcere, inveteraſcere, morari: *Præter.* וְנוֹשַׁנְתֶּם & inveteraſcetis (in terra), Deuter. 4. v. 25., *Alii ibidem reddunt*, & inveterati, & morati fueritis, & tardaveritis; *Joa. Simon vertit*, & ſuperſtites relinquemini. *Particip.* יָשָׁן נוֹשָׁן vetus inveteratum, Levit. 26. v. 10., *id eſt*, valde vetus: *Fœmin.* צָרַעַת נוֹשֶׁנֶת lepra inveterata, Levit. 13. verſ. 11. *Pih. Futur. cum affix.* וַתְּיַשְּׁנֵהוּ & dormire fecit eum, ſomnum induxit ipſi, Judic. 16. v. 19.

יָשֵׁן *maſc.* Dormiens, 1. Sam. 26. v. 7. *Cum præfix.* כְּיָשֵׁן ſicut dormiens, Pſal. 78. v. 65., *Plural.* כֻּלָּם יְשֵׁנִים omnes ipſi dormiebant, 1. Sam. 26. v. 12. *Conſtr.* וְרַבִּים מִיְּשֵׁנֵי multi ex dormientibus (terræ pulveris), Dan. 12. v. 2. *Fœm.* אֲנִי יְשֵׁנָה ego dormio, Cantic. 5. v. 2. *Vide inter nomina.*

יָשֵׁן Jaſsén, *nom. propr. viri*, 2. Sam. 23. v. 32.

יָשָׁן *maſc.* Vetus, *ut ante Niphal*: *Plural.* חֲדָשִׁים גַּם־יְשָׁנִים nova etiam vetera, Cantic. 7. v. 14. *Fœmin.* הַבְּרֵכָה הַיְשָׁנָה piſcinæ veteris, Iſai. 22. v. 11.

יְשָׁנָה Jeſaná, *nom. propr. civitatis, quæ nonnullis videtur fuiſſe in Tribu Ephraim*, 2. Paralipom. 13. v. 19.

שֵׁנָה *fœm.* Somnus; *plena, & perfecta* dormitio: *vide in* נום, *&* רדם *ſynonima diſtincta*, Proverb. 6. verſ. 4., *& ſemel*, שֵׁנָא, Pſalm. 127. v. 2. *Conſtruct.* שְׁנַת־עוֹלָם ſomnum perpetuitatis, Jerem. 51. v. 39. *Hinc cum* Kametz, שְׁנָת, Pſal. 132. v. 4., *ſed non eſt conſtructum, ut Kimchi ſcribit in lib. Rad. Quidam ſubaudiunt Affixum, quaſi ſit pro* שְׁנָתָם: *Cum affix.* וּשְׁנָתוֹ & ſomnus ejus, Daniel. 2. v. 1., וְשִׁנְתֵּהּ & ſomnus ejus, Dan. 6. v. 19. *Plural.* שֵׁנוֹת ſomni, Prover. 6. v. 10.

'al. inuſit., unde Niph. נושע ſervatus, ſalvatus, ad-
·, liberatus fuit: Præter. עם נושע populus (qui)
, Deuteron. 33. v. 29. Partic. נושע ſervatus,
. 16., Cum præfix. ונושע, Zachar. 9. verſ. 9.,
t, & σώζων & ſalvans; Vulgat., & ſalvator;
& ſervatus: Imper. plur. והושעו & ſervami-
Am ni:, & mini, Iſai. 45. v. 22. Futur. אושע ſervabor;
cum ה ואושעה & ſervabor, & ſalvus ero, Jerem.
17. v . . cum ה paragog. ונושעה & ſervabimur, &
ſa Cum Nun paragog. תושעון ſervabimini, Iſai.
30. v. . Hiph. הושיע ſalvavit, ſalvum fecit, ſervavit,
ſaluti, auxilio fuit. Conſtruitur cum Dativo, & Accuſativo:
Præter. ידי הושיעה לי manus mea ſalutem attulit mihi,
Judic. 7. v. 2., & cum Tzere in fine והושע, & conſervabit,
conſervet, opem feret, vel ferat, 1. Sam. 25. vv. 26. 33.,
Zachar. 12. v. 7. Cum affix. הושיעו ſervavit eum, Pſalm.
34. v. 7., הושיעם ſervavit eos, Iſai. 63. v. 9., הושעתנו,
ſervaſti nos, Judic. 8. verſ. 22., והושעתים & ſervabo eos,
Hoſe 1. v. 7. Partic. מושיע, & מושע conſervans, liberans,
ſalvator; Cum affix. מושעי ſalvator meus, 2. Sam. 22. v. 3.,
מושיעם ſalvator eorum, Pſal. 106. v. 21., Plur. מושיעים
ſalvatores, Nehem. 9. verſ. 27., Abd. 1. verſ. 21. Vide inter
nomina: Infinit. להושיע לך ut ſim ſaluti, vel auxilio tibi,
2. Sam. 10. v. 11., & ita ſæpè cum Dativo, מהושיע a ſalvan-
do, Iſai. 59. verſ. 1. Cum affix. להושיעני ad ſalvandum me,
Pſalm. 31. v. 3., להושיעה ad ſalvandam eam, 2. Reg. 19.
v. 34. Imper. הושע, Pſalm. 86. verſ. 2., & cum ה paragog.
הושיעה ſerva, 2. Sam. 14. verſ. 4. Cum affix. הושיעני ſerva
me, Pſalm. 3. v. 8., &c., הושיענו ſerva nos, 2. Reg. 19.
v. 19., &c. Futur. אושיע ſervabo; & cum ה paragog. ואושיעה
& ſervavi, Judic. 10. v. 12., תושיע, Judic. 6. v. 37., & cum
affix. תושעני, 2. Samuel. 22. verſ. 3., ſervabis me; יושיע,
יושע, & ſervato ה charaƈteriſt. (more Chald.), יהושיע 1.
Sam. 17. v. 47., Pſal. 116. verſ. 6., ſervabit; item וישע &
ſervabit, Proverb. 20. v. 22., ויושע, ויושע & ſervavit,
1. Sam. 23. v. 5., Exod. 14. v. 30., &c. Cum affix., יושענו
ſervabit eum, Iſai. 46. v. 7., יושיעם ſervabit eos, Pſalm.
106. verſ. 13., ויושען & ſervavit eas, Exod. 2. verſ. 17.,

וְיֹשַׁעֲכֶם & ſervabit vos, Iſai. 35. v. 4., יוֹשִׁיעֵנוּ, & יֹשִׁעֵנוּ ſervabit nos; *Fœm.* תּוֹשִׁיעַ ſervabit, Job 40. verſ. 14., & וַתּוֹשַׁע, Iſai. 59. v. 16., & ſervavit; *Cum affix.* תּוֹשִׁיעֵנִי ſervabit me, Pſalm. 44. v. 7., 138. verſ. 7. *Vide inter nomina*; *Plural. cum Nun-paragog.* תּוֹשִׁיעוּן ſervabitis, Judic. 6. v. 31. *Cum affix.* יוֹשִׁיעוּךָ, Jerem. 2. v. 28., & וְיוֹשִׁיעֲךָ, Iſai. 47. verſ. 13., & ſervabunt te; *Item* וְיוֹשִׁיעוּם & ſervabunt eos, Nehem. 9. v. 27., וַיּוֹשִׁיעוּם & ſervaverunt eos, Judic. 2. v. 16. *Vide, quæ ſequuntur*; *vide etiam in* יֶשַׁע, שָׁעָה, & שָׁעַע.

יֵשַׁע יֶשַׁע *maſc.* Salus, auxilium, conſervatio: בְּיֵשַׁע יְמִינוֹ ſalute dexteræ ſuæ, Pſalm. 20. verſ. 7. *Cum affix.* יִשְׁעִי ſalus mea, 2. Sam. 22. v. 3., *&c.* *Aliud vide infra*: יִשְׁעֵנוּ ſalus noſtra, 1. Paralip. 16. v. 35., וְיֶשְׁעֲךָ & ſalus tua, auxilium tuum, Pſalm. 85. v. 8., & *in pauſa* מָגֵן יִשְׁעֶךָ clypeum ſalutis tuæ, Pſalm. 18. v. 36., יִשְׁעוֹ ſalus ejus, Pſalm. 24. verſ. 5.

יְשׁוּעָה *fœm. Idem*: *& cum duplici ſigno fœminini generis*, יְשׁוּעָתָה omnimoda ſalus, Pſal. 3. v. 3., duplex ſalus, *hujus ſcil.*, *& futuræ vitæ, ut Hebræi explicant. Hujuſmodi enim auctio vocis, auctæ ſignificationis indicium eſt*: *Conſtr.* אֶת־יְשׁוּעַת ſalutem Dei noſtri, Pſalm. 98. verſ. 3. *Cum præfix.* לִישֻׁעָתָה, Pſal. 80. v. 3., ad, *ſive* in ſalutem; *LXX vertunt*, εἰς τὸ σῶσαι ad ſalvandum; *Vulgat. habet*, ut ſalvos facias (nos); *Cum affix.* יְשׁוּעָתִי, & יְשֻׁעָתִי, ſalus mea; וִישׁוּעָתִי & ſalus mea, Pſal. 62. vv. 3. 7., יְשׁוּעָתוֹ, Pſal. 96. v. 2., & יְשֻׁעָתוֹ, Deuteron. 32. v. 15., ſalus ejus; בִּישׁוּעָתוֹ in ſalute ejus, Pſal. 35. v. 9., *Fœmin.* וִישׁוּעָתָהּ & ſalus ejus, Iſai. 62. v. 1. *Plural.* יְשׁוּעוֹת, יְשׁוּעֹת, & יְשֻׁעוֹת liberationes, ſalutes; מַגְדִּל יְשׁוּעוֹת magnificans ſalutes, Pſal. 18. v. 51., *id eſt*, magnifice omnimodam ſalutem (præſtans).

יֵשׁוּעַ Jeſcuá, *Vulg.*, Jeſua, Jeſue, & Joſue, *nom. propr. virorum*, 1. Paralip. 24. v. 11., 2. Paralip. 31. v. 15., Eſdr. 2. verſ. 2.

יִשְׁעִי Iſcí, *Vulg.*, Jeſí, *nom. propr. virorum*, 1. Paralipom. 2. v. 31., 4. vv. 20. 42., 5. v. 24.

יְשַׁעְיָה, & *cum ſyllabica adjectione*.

יְשַׁעְיָהוּ Jeſaiah, & Jeſaiáhu, *Vulg.*, Jeſaiás, Iſaiá, Jeſeá, & Iſaiás,

Iſaias, *nom. propr. prophetæ, qui inter majores primum obtinet locum*; Iſai. 1. v. 1., *item nom. propr. aliorum virorum*, 1. Paralip. 3. v. 21., 25. v. 15., Nehem. 11. v. 7.

תְּשׁוּעָה *fœm.* Salus, auxilium, conſervatio: *habet formam à* שׁוּעַ, *ut ſæpè hæc quieſcentium genera formas inter ſe permutant*; *Constr.* וְשָׁוְא תְּשׁוּעַת אָדָם vana eſt ſalus hominis, Pſalm. 60. verſ. 13., *id eſt*, auxilium humanum: *Cum affix.* תְּשׁוּעָתִי ſalus mea, Pſalm. 38. v. 23., *&c.*, תְּשׁוּעָתְךָ ſalus tua, Pſal. 119. v. 41.

מוֹשָׁעוֹת *f. p.* Salutes, omnimoda ſalus. *Cum præfix.* לְמוֹשָׁעוֹת, Pſal. 68. v. 21., ad ſalutes, ad ſalvationes, *h. e.*, *ad perfectiſſimam ſalutem*; *Vulg. reddit*, ſalvos faciendi.

יִשְׁפָּא Jeſpha, *nom. propr. filii Bariæ*, 1. Paralip. 8. v. 16.

ישפה, *aut* יָשְׁפֵה *maſc.* *Unde cum præfix.* וְיָשְׁפֵה, Exod. 28. v. 20., 39. v. 13., Ezech. 28. v. 13., *ab LXX. redditur*, ἡ ἴασπις, & jaſpis, *lapis pretioſus*; *a Vulg.*, & beryllus; *ab Targum Jeroſol.*, & margarita; *ab Jonath*, פַנְטֵירִי pantherinus lapis, *à* maculis pantheræ ſimilibus.

* אשׁפים *vide in* נשׁף.

יִשְׁפָּן Iſcpán, *Vulg.*, Jeſphám, *nom. prop filii Seſac*, 1. Paral. 8. v. 22.

ישר Rectus fuit, *ſive phyſice*, *ſive moraliter*; *item* recta proceſſit, rectus eſt, placuit: *Præter.* כִּי יָשַׁר הַדָּבָר nam recta erat res illa (in oculis populi), 1. Paral. 13. v. 4., *atque ita fere ſemper poſt ſe habet*, in oculis, *pro* placere, probari *alicui*. *Futur.* יִישַׁר rectum erit, placebit, Num. 23. verſ. 27., וַיִּישַׁר, *&* וַיִּשַׁר & rectum fuit, & placuit, 1. Sam. 18. vv. 20. 26., 2. Sam. 17. v. 4., 2. Paralip. 30. v. 4. *Cum affix.* יִשְׁרֵהוּ, Job 37. v. 3., dirigit illud, recta proceſſit illud (tonitru); *Sed LXX. vertunt*, ἡ ἀρχὴ αὐτοῦ, imperium, principatus ejus; *Vulg.*, *& R. Salomon*, ipſe conſiderat; *legebant* יָשֻׁר הוּא, *a* שׁוּר contemplari, conſiderare: *Plur.* וַיִּשַּׁרְנָה & recta contendebant, 1. Sam. 6. v. 12., *cum* Dageſch *loco abjectæ primæ radicalis* Jod. *Eſt autem cum* Jod *formativo tertiæ perſonæ maſculinæ in voce fœminina*: יְשֻׁרוּן *vide inter nomina*. *Pihel* יִשֵּׁר rectificavit, direxit, æquavit, complanavit: recta deduxit, recta ivit *vel* contendit. *Præter.* יִשַּׁרְתִּי rectifico, ut recta approbo, Pſal. 119. v. 128. *Partic ip. plur.*, הַמְיַשְּׁרִים recta euntes, *aliis eſt*,

rectificantes, Proverb. 9. v. 15. *Vide inter nomina. Imperat. in plur.* יַשְּׁרוּ dirigite, rectas facite, Iſai. 40. v. 3. *Futur.* אֲיַשֵּׁר æquabo, complanabo, rectificabo, Iſai. 45. v. 13., יְיַשֶּׁר־לָכֶת rectificabit ire, Proverb. 15. v. 21., *id eſt*, recte gradietur; *Cum affix.* וַיְיַשְּׁרֵם & direxit eas, recta deduxit, 2. Paral. 32. v. 30., *& alterum* Jod *juxta Maſſoret. redundat, quaſi ſit ex Præter.* וַיִּשְּׁרֵם, *ac literæ dant formam* וַיְיַשְּׁרֵם; תְּיַשֵּׁר *f.* diriget, Proverb. 11. v. 5. *Pyh. Particip.* זָהָב מְיֻשָּׁר auro directo, rectificato, complanato, æquato; *LXX. reddunt*, (aurum) κατηγομένον ductum, ductile; *Vulg. interpretatur*, laminas aureas, 1. Reg. 6. v. 35. *Hiph. Imperat.* הוֹשַׁר לְפָנַי complana coram me, Pſalm. 5. v. 9., *quod juxta Maſſoret. legendum ad formam analogam* הַיְשַׁר: *Futur.* אוֹשֵׁר, Iſai. 45. v. 2., *ubi Maſſor. habet* אֲיַשֵּׁר *in Pihel*, æquabo, complanabo, rectificabo; *Plur.* יֵישִׁירוּ rectificent, recta reſpiciant, Proverb. 4. v. 25. *Vide in* אשר.

יָשָׁר *maſc.* Rectus, rectum, æquum: *Conſtr.* יְשַׁר־דָּרֶךְ rectus via, Proverb. 29. v. 27. *Plural.* דּוֹר יְשָׁרִים generatio juſtorum, Pſal. 112. v. 2. *Conſtr.* וּלְיִשְׁרֵי לֵב שִׂמְחָה & rectis animo lætitia, Pſalm. 97. v. 11. *Fœmin.* רֶגֶל יְשָׁרָה pes rectus, Ezech. 1. v. 7. *Plur.* כַּנְפֵיהֶם יְשָׁרוֹת alæ eorum rectæ erant, Ezech. 1. v. 23.

יֹשֶׁר *maſc.* Rectitudo, æquitas: אִמְרֵי־יֹשֶׁר eloquia rectitudinis, *id eſt*, recta, Job 6. v. 25. *Cum præfix.* בְּיֹשֶׁר in rectitudine; מִיֹּשֶׁר a recto: *Cum affix.* יָשְׁרוֹ æquitatem illius, Job 33. v. 23.

יֵשֶׁר Jasér, *nom. propr. filii Caleb*, 1. Paralip. 2. v. 18.

יִשְׂרָאֵל Iſraël, *nom. propr.*, *aut potius cognomen Jacobi*, Gen. 35. v. 10. *Eo etiam nomine vocatæ poſtea ſunt decem Tribus ad diſtinctionem duarum Tribuum Juda, & Benjamin; Etym. videtur hæc*, principem, *aut* fortem ſe gerens cum Deo; *a* שׂוּר, *aut* שָׂרָה principem ſe geſſit, *&* אֵל Deus.

יְשַׂרְאֵלָה Iſreelá, *nom. propr. cantoris cujuſdam*, 1. Paralipom. 25. v. 14.

יִשְׂרְאֵלִי Jeſraelí, *nom. propr. loci*, *aut patronymicum familiæ*, 2. Sam. 17. v. 25. *Alii interpretantur*, Iſraelita; *& idem nomen eſſe volunt atque* יִשְׂרָאֵל.

יְשֻׁרוּן *m.* Rectus, æquus, æquabilis, dilectus. *Quidam diſtinquem*

nem hanc derivant ab יָשַׁר ; Alii ab שׁוּר aſpicere, aut a שׁוֹר bove derivant. Hoc autem nomen יְשֻׁרוּן in Scripturis Sanctis uſurpatur myſtico in ſenſu ad deſignandum Iſraeliticum populum; ſic Deuter. 32. v. 15., incraſſatus, ſaginatus eſt יְשֻׁרוּן Jeſurun, id eſt, Iſrael, & juxta Vulgat., dilectus; וַיְהִי בִישֻׁרוּן מֶלֶךְ, Deuter. 33. v. 5., & fuit in Jeſurun, id eſt, in Iſrael rex; Vulg. reddit, & erit apud rectiſſimum rex; אֵין כָּאֵל יְשֻׁרוּן, Deuteron. 33. v. 26., non (eſt) ſicut Deus Jeſurun, id eſt, Iſraelitici populi; Vulg. habet, non eſt Deus alius, ut Deus rectiſſimi; יַעֲקֹב וִישֻׁרוּן, Iſai. 44. verſ. 2., Jacob, & Iſraël; & juxta Vulgat., Jacob, & rectiſſime.

מִישׁוֹר, & מִישֹׁר maſc. Rectitudo, æquitas, actio recta, Pſal. 45. v. 7., 67. v. 5., 143. v. 10., Iſai. 11. v. 4. Item planities, locus rectus, & planus campeſtris: עָרֵי הַמִּישֹׁר civitates planitiei, Deuter. 3. v. 10.

מוֹ *Eſt interdum ſyllaba expletiva ; aſſumens ante ſe literas ſerviles ; ut ,* בְּמוֹ in , cum , Pſalm. 111. v. 2. , לְמוֹ ad , Job 29. v. 2. , כְּמוֹ ſicut , Job 12. v. 3. , *quod cum Aſſix.* , הֶם , ךָ , כֶּם , כֶן *retinet* Scheva : *alias ſub* Caph *habet* Kametz , כָּמוֹנִי כָּמוֹךָ ſicut ego , ſicut tu , 1. Reg. 22. v. 4. *Interdum eſt pro* הֵם ; *unde* לָמוֹ eis , *pro* לָהֶם , Iſai. 44. v. 15.

מוּג Liquefactus , ſolutus , diſſolutus fuit : *Et ſemel active* diſſolvit : *Infinit. cum præfix.* לָמוּג ad liqueſcendum , ut liquefiat , Ezech. 21. v. 15. *Futur.* תָּמוּג liqueſcet , diſſolvitur , defluxit ; *Vulg.* , mota eſt , Pſalm. 46. v. 7. , *Sed* Amos 9. verſ. 5. *a Vulgat. redditur* , & tabeſcet ; *Cum affix.* וַתְּמוּגֵנוּ , Iſai. 64. v. 7. , & diſſolvis nos , *Vulg.* , & alliſiſti nos . *Niph.* נָמוֹג ſe diſſolvere , diffluere , liqueſcere , colliqueſcere , *& metaphoricè ſemper uſurpatur* , *videl.* , timore , pavore corripi , tabeſcere : *Præter. plur.* נָמֹגוּ , Exod. 15. v. 15. , diffluent , *Vulg.* , obriguerunt . *Partic.* נְמֹגִים ſolvuntur , *vel* ſoluti ſunt , Pſalm. 75. v. 4. *Pih. Futur. cum affix.* וַתְּמֹגְגֵנִי efficis , ut diffluam , *Vulg.* , eliſiſti me , Job 30. v. 22. , תְּמוֹגְגֶנָּה , Pſalm. 65. v. 11. , diſſolvis eam ; *Sym. vertit* , emollis ; *Hieron.* , irrigas ; *Pagninus* , imbribus liquefacis eam ; *LXX.* , *& Vulgat. ſenſum hic , non verbum , expreſſerunt . Hithp. Præter. plur.* הִתְמוֹגָגוּ , Nahum 1. v. 5. , diſſolvunt ſe , liqueſcunt ; *Vulg. reddit* , deſolati ſunt : *Futur.* תִּתְמוֹגָג diſſolvat ſeipſam , *Vulgat.* tabeſcebat , Pſalm. 107. v. 26. ; *Plur. fœm.* תִּתְמוֹגַגְנָה colliqueſcent , *Vulg. habet* , (colles) culti erunt , Amos 9. v. 13.

מוּר *Radix inuſit. , unde formam accipit* הֵמִיר , *quod vide ſub litera* ה .

מוּחַ *Inuſit. Inde* מֹחַ וּמוֹחַ *maſc.* medulla , Job 21. v. 24. , מֵחִים *plur.* , Pſalm. 66. v. 15. , medullata , *hoc eſt* , pinguia ; *Sed eadem dictio* Iſai. 5. v. 17. *ab LXX. redditur* , ἀπειλημμένοι capti ; *a Symac.* , iniqui ; *a Vulgat.* , in ubertatem verſa ; מְמֻחָיִם medullata , Iſai 25. v. 6.

מוּט Motus , dimotus fuit , nutavit , vacillavit : declinavit : *Præter.* מָטָה , Pſalm. 60. v. 4. , 94. v. 19. , commota , motus eſt , dimovetur ; וּמָטָה & nutaverit , Levit. 25. verſ. 35. , *Plural.* מָטוּ mota , commota , inclinata ſunt ; Pſalm. 46. v. 7. *Particip.* מָט cadens , inclinans ſe , Proverb. 25. v. 26. ,

26., *Plural.* וּמָטִים & declinantes, Proverb. 24. v. 11. *Infin.* מוֹט, Pſal. 55. v. 23., nutare, vacillare, & Iſai. 24. v. 19., movendo, commovendo; *Cum præfix.* בְּמוֹט dum moventur, dum commoventur, dum transferentur, Pſalm. 38. v. 17., 46. v. 3. *Niph. Præter. plur.* בַּל נָמֹטּוּ פְּעָמַי dimoveantur (pedes mei), Pſal. 17. v. 5 *Futur.* בַּל־אֶמּוֹט non dimovebor, Pſal. 16. v. 8., יִמּוֹטוּ dimoventur, Pſalm. 82. v. 5., יָמִיטוּ demittantur, admoveantur, Pſal. 140. v. 11., *ſignificatione paſſiva ex Hiphil deſumpta; ſcribitur cum Jod, ſed legendum* יִמּוֹטוּ; *Vulgat. vertit*, cadent. *Hiph. Futur.* יָמִיטוּ admovent, Pſalm. 55. v. 4., LXX. *ſunt interpretati*, ἐξέκλιναν *Vulg.*, & *alii*, declinaverunt; *Hieron. habet*, projecerunt; *Pagninus*, conjiciunt. *Hithp. Præter.* הִתְמוֹטְטָה commovebit ſe, Iſai. 24. v. 20.

מוֹט *maſc.* Dimotio, fluctuatio, vacillatio, Pſalm. 55. v. 23., *Cum præfix.* לַמּוֹט in dimotionem, in commotionem, ut dimoveatur, Pſalm. 66. v. 9., 121. v. 3. *Item*, vectis, palanga, *qua aliquid de loco in locum* promovetur, Num 4. vv. 10. 12., בַמּוֹט in palanga, in vecte, Num. 13. v. 23. *Item*, lorum jugi, jugum, temo, *quaſi* motionis *inſtrumentum*: *unde cum affix.* מֹטֵהוּ jugum ejus; *Vulg. habet*, virgam ejus, Nah. 1. v. 13., *Fœm.* מוֹטָה jugum, vectis, catena, Iſai. 58. vv. 6. 9., Jerem. 28. vv. 10. 12., *Plural.* מוֹטוֹת, מֹטוֹת, & מֹטֹת vectes, catenæ, juga, lora, vincula; בַּמֹּטוֹת vectibus, 1. Paralip. 15. v. 15.

מוּךְ Tenuem, attenuatum eſſe, *vel* fieri, depauperari: *Præter.* וּמָךְ אָחִיךָ & attenuatus fuerit frater tuus, Levit. 25. v. 47. *Futur.* כִּי־יָמוּךְ cum facultatibus attenuatus fuerit, *Ibid.* v. 25. *Vide in* מָכַךְ.

מוּל Circumcidit, amputavit, abſcidit, reſecuit; & *de præputio carnis, vel cordis tantum dicitur*: *Præter.* אֹתָם מָל eos circumcidit, Joſ. 5. v. 7. *Cum* ה *paragog.* וּמַלְתָּה & circumcides, Exod. 12. v. 44. *Part. Pahul* מוּל circumciſus; *Plur.* מֻלִים circumciſi: *Imper.* מֹל circumcide, Joſ. 5. v. 2., *Futur.* וַיָּמָל & circumcidit, Geneſ. 17. v. 23., &c. *Niph. Infinit.* הִמּוֹל, Gen. 17. v. 13., 34. v. 15. 17., circumcidi, circumcidendo; *Cum affix.* בְּהִמֹּלוֹ in circumcidi eum, quando circumciſus eſt, Geneſ. 17. v. 25. *Imperat.* הִמֹּלוּ circumcidimi-

cidimini, circumcidite vos, Jerem. 4. v. 4. *Futur.* ימול circumcidetur, Geneſ. 17. v. 13. *Pih.* מול ſuccidere, exſcindere. *Futur.* ימולל ſuccidet, *ſcilicet quiſpiam*, *pro*, ſucciditur, *Imperſonaliter*, Pſal. 90. v. 6., *LXX. ibidem habent*, ἀποπέσοι, *Vulg.* decidat; *Hieron.*, conteratur. *Hiph. Futur. cum affix.* אמילם exſcindam eos, ulciſcar, ultus ſum in eos, Pſalm. 118. v. 10. *Hithp. Futur.* כמו יתמוללו ſint ſicut præciſæ, *id eſt*, obtuſæ, *ſcilicet ſagittæ*, ne penetrent, Pſal. 58. v. 8. *Sic R. Salomon vult, eſſe ex ſignificatione præcedentis* ימולל; *& Targum reddit quoque* מתנזרין ſucciſæ; *Sed LXX. ſunt interpretati*, ἕως ὃ ἀσθενήσουσιν, *Vulgat.*, donec infirmentur: *Vide & in* מלל.

מולה *fœm.* Circumciſio: (*Rabbini* מילה *dicunt*): המולה *vide in* [illegible] *Plur.* למולת propter circumciſiones, Exod. 4. v. 26.

מול, מול Coram, contra, erga, è regione, verſus: אל־מול פני האהל è regione faciei tentorii, Exod. 26. v. 9., אל־מול אחר verſus alium, 1. Samuel. 17. v. 30., ממול e regione, Exod. 28. v. 27. *Cum affix.* ממלי e regione mei, Num. 22. v. 5., מול סוף e regione Suph, Deuter. 1. v. 1. *Cum epentheſi*, למואל ex adverſo, Nehem. 12. v. 38.

מום *maſc.* μῶμος Vitium, macula, labes: ומום אין בך & vitium nullum eſt in te, Cantic. 4. v. 7. *Bis eſt cum Epentheſi*, מאום Job. 31. v. 7., Daniel. 1. v. 4. *Cum præfix.* ממום a vitio, Job. 11. v. 15. *Cum affix.* מומו macula ejus eſt, Proverb. 9. v. 7., *id eſt*, maculam ſibi conflat, vitio ipſi eſt; מומם vitium eorum, Deuteron. 32. v. 5.

מים *maſc.* Aqua, *vide infra pag.* 638.

מון *Radix Hebræis inuſit. ſed Arab.* ſecuit, ſulcavit, aravit; *hinc* finxit: *Inde ſunt*

מין *maſc.*, *quod vide poſtea pag.* 638. *Item*

תמונה *fœm.* Imago, ſimilitudo, Exod. 20. v. 4. *Conſtructum*, ותמונת יהוה & ſimilitudinem Domini, Num. 12. v. 8. *Cum affix.* תמונתך ſimilitudine tua, *Vulgat. reddit*, gloria tua, Pſalm. 17. v. 15.

מוסד, מוסדה *Vide ſupra in* יסר.

מוסך *maſc. Unde conſtr.* מוסך, 2. Reg. 16. v. 18., *Vulg. tamquam nom. propr. accepit; reddit enim* Muſach; *Alii ad* סכך *referentes vertunt* tegmen, operimentum, ſolium opertum.

מוץ *Radix Inuſit. Inde fuit* מֹץ *maſc.* gluma, palea, quiſquiliæ, folliculus frumenti; *LXX.*, *& Vulg. eſt* pulvis: *Cum præfix.* כְּמֹץ, כְּמֹץ, כַּמּוֹץ ſicut gluma, ſicut pulvis, Pſal. 1. v. 4., Iſai. 29. v. 5. *&c. Item* מִיץ, מֵץ, *quæ vide infra pag.* 638.

מוק *vulgò* Tabeſcere, *ut* מקק; *Unde Hiphil futur. plural.* יָמִיקוּ, Pſalm. 73. v. 8., contabeſcunt, tabeſcere faciunt, tabidos reddunt; *Vulgat. vertit*, cogitaverunt; *Pagnino eſt*, diſſolvunt; *Alii ſequuti rad. Arab.*, *& Syr. vertunt*, ſubſannant, mimos, fatuos agunt.

מור *in Kal inuſit. Inde Niph.* נָמַר, *& in pauſa* נָמָר, Jer. 48. v. 11., mutatus, immutatus eſt; *LXX. habent* ἐξέλιπε defecit; *Alii hoc ipſum derivant a* מרר. *Hiph.* הֵמִר mutare, commutare, permutare. *Præter.* הֵמִיר, *& cum* Jod *otioſo* הֵימִיר mutavit, Jerem. 2. v. 11. *Infin.* הָמֵר commutando, mutando, Levit. 27. vv. 10. 33. *Cum præfix.* בְּהָמִיר אָרֶץ ſi commutaret terra, *ſcil. locum ſuum*; *Vulg. habet*, dum turbabitur terra, Pſal. 46. v. 3. *Futur.* אָמִיר mutabo, commutabo, Hoſe. 4. v. 7., יָמִיר, Levit. 27. v. 10., Mich. 2. v. 4., *&* יָמֵר, Pſal. 15. v. 4., Ezech. 48. v. 14., mutabit; *Cum affix.*, *&* Nun *epenthet.* יְמִירֶנּוּ mutabit, commutabit illud, Levit. 27. verſ. 33. *Vide*, *quæ ſequuntur*, *& etiam* מרר, מרה.

תְּמוּרָה *fœm.* Commutatio, permutatio, compenſatio, retributio: עַל־הַתְּמוּרָה, Ruth 4. v. 7., in commutatione, permutatione; *Vulgat. ibidem ſenſum expreſſit*; *Cum affix.* תְּמוּרָתוֹ commutatio, permutatio ejus; *ſed a Vulg. redditur*, Levit. 27. vv. 10. 33., quod mutatum eſt; Job. 15. v. 31., quod aliquo pretio redimendus ſit; *ubi alii habent*, merces ejus, retributio, compenſatio ejus; *&* Job. 20. v. 18., (ſecundum multitudinem) adinventionum ſuarum: וּתְמוּרָתָהּ, Job. 28. v. 17., & permutatio ejus, *& juxta Vulgat.*, nec commutabuntur pro ea.

מוֹר, מֹר *maſc.* Myrrha, *quam quidem nonnulli ſic dictam volunt ab* amaritudine, *ut ad* מָרַר *referatur*: צְרוֹר הַמֹּר faſciculus myrrhæ, Cantic. 1. v. 13. *Sed ſequente* Makáph, *ſcribitur cum* Kametz, מָר־, Exod. 30. v. 23., *Cum affix.* מֹרִי myrrham meam, Cantic. 5. v. 1.

מוש Receſſit, diſceſſit, movit ſe, amotus, dimotus fuit; *& ita gaudet Præpoſitione* מן *: Semel tranſitivè* amovit; *Item*, palpavit, contrectavit, *quod ab affini Verbo* משש *mutuatur. Præter.* מש & recedet, Zachar 11. v. 4. ומשתי את־עון & amovebo ſum iniquitatem, Zachar. 3. verſ. 9., *Plur.* משו receſſerunt, diſceſſerunt, Num. 14. v. 44. *Futur. cum affix.* ואמשך & palpabo, & tangam te, Gen. 27. v. 21., לא־ימוש non recedet, Joſ. 1. v. 8., *Fœm.* תמוש, *&* תמש, Judic. 6. v. 18., recedas; תמוש *maſc.* recedet, Proverb. 17. v. 13., *Plural.* ימושו recedent, Iſai. 54. v. 10., *&* ימשו amovebuntur, Jerem. 31. v. 36. *Hiph. Imper. cum affix.* והימשני fac ut palpem, Judic. 16. v. 26., *ſic ſcribitur; ſed legendum juxta Maſſorethas* והמשני *: Futur.* אמיש amovi, *Vulgat.*, receſſi, Job. 23. verſ. 12., ממקמו לא ימיש e loco ſuo non recedet, Iſai. 46. v. 7., *Plural.* תמישו removebitis, amovebitis, auferetis, Malach. 2. verſ. 3., *cum* ן *paragog.* ימישון palpabunt, Pſalm. 115. v. 7. *Vide infra in* משש.

מושי Muſi, *nom. propr. viri*, Exod. 6. v. 19., 1. Paralip. 6. verſ. 19.

מות Mori, emori, *tam naturali, quam violenta* morte: *Præter.* מת mortuus eſt, Gen. 42. v. 38., *Cum* ה *præfix. interrog.* המת num mortuus eſt? 2. Samuel. 12. verſ. 19., *Fœm.* מתה mortua fuit, Geneſ. 35. v. 18., מת, *& cum* ה *paragog.* ומתה, *contracte pro* ומתתה, & morieris, Ezech. 28. v. 8., *Plural.* מתו mortui ſunt; מתנו, *& in pauſa* מתנו mortui eſſemus: *Partic. maſc.* מת, Geneſ. 20. v. 3., 48. v. 21., *Fœm.* מתה, Geneſ. 30. v. 1., moriens; המתה quod moritur, Zachar. 11. v. 9., *Plur. maſc.* מתים morientes, Exod. 12. v. 33. *Aliud eſt* מת *adjectivum verbale, quod vide inter nomina: Infinit. eſt cum* Cholem, *&* Schurek: למות ad moriendum, Geneſ. 25. v. 32., מות moriendo, Geneſ. 3. v. 4. *Cum affix.* מותי mori me, Geneſ. 27. v. 2., 2. Samuel. 19. v. 1., מותה mori eam, 1. Samuel. 4. v. 20., מתן mori eas, 2. Samuel. 20. v. 3., מותנו mori nos, Exod. 16. v. 3., ממתנו præ mori, quam mori nos, Exod. 14. v. 12. *Imper.* מות, Deuteron. 32. v. 50., *& in pauſa*, ומת, Job. 2. v. 9., & morere; *Futur.* אמות, אמת, *& cum* ה *paragog.*

ragog. אמותה, Geneſ. 46. v. 30., moriar; ימות, ימות mo- rietur; המותה *vide inter nomina*; וימת לבו & emortuum eſt cor ejus (in medio ejus), 1. Samuel. 25. v. 37., *id eſt*, ob- ſtupuit. *Pih.* מותת mori fecit, morte affecit, interemit, occidit, interfecit. *Præter. cum affix.* מותתני interfecit me, מתתי, *contracte pro* מתתתי, interfeci, morte affeci, 2. Sa- muel. 1. v. 16. *Partic.* ממותת interficiens, interficiebat, 1. Samuel. 14. v. 13. *Infin.* למותת ad interficiendum: *Imperat. cum affix.* ומותתני, Judic. 9. v. 54., ומתתני, 2. Sam. 1. v. 9.; interfice me: *Futur. cum affix.* ואמתתהו & interfeci eum, 2. Samuel. 1. v. 10. *Hiph. Præter.* והמית איש & in- terfecerit aliquem, Exod. 21. v. 29. *Sed* המית *vide ſupra pag.* 233. *Cum affix.* והמיתני & interficiat me, 2. Sam. 14. verſ. 32., המיתתהו interfecit eum, 2. Paralip. 22. v. 11.; המיתם interfecit eos, Jerem. 41. v. 8., והמתה, *cum* ה *pa- ragog.*, & morte afficies; והמתי; *& cum affix.* והמיתיו, 1. Samuel. 17. v. 35., והמתיה, Hoſe. 2. v. 3., & interficie- bam eum, & interficiam eam; *Plur.* המיתו, *& cum affix.* המתהו interfecerunt eum, Jerem. 26. v. 19. *Particip.* ממית morte afficiens; *Plural.* ממיתים, *&* ממתים morte afficien- tes: *Infinit.* המית, *&* המת interficere, interficiendo; *Cum* ה *interrog.* ההמת an interficiendo? Jer. 26. v. 19., *Cum affix.* להמיתו ad morte afficere, ad interficiendum eum, Prov. 19. v. 18., להמיתם, *&* להמתם ad interficiendum eos. *Vide de eo etiam in* המה *in fine Radicis*: *Imper. cum affix.* המיתני interfice me, 1. Samuel. 20. v. 8., *Plur.* והמיתו & inter- ficite, 1. Sam. 22. v. 17. *Futur.* אמית interficiam; תמית; *& cum affix.*, *&* Nun *epenthet.* תמיתנו interficiet eum, Num. 35. v. 19., *Sed* תמתנו interficias nos, Jerem. 41. verſ. 8., ימית interficiet; *Cum affix.* ימיתנו interficiet eum; *Plural. cum affix.* ונמיתם & interficiemus eos; וימיתהו, *&* וימתהו & interfecerunt eum. *Hoph. Præter.* ולא הומת & non fuit affectus morte, 2. Reg. 11. v. 2. *Particip.* מחר אתה מומת crâs tu morte afficieris, 1. Sam. 19. v. 11. *Plur.* המותים qui morte afficiebantur, 2. Reg. 11. v. 2., *ſcriptum cum* Vau *tranſpoſito*, *& legendum juxta Maſſorethas* המומתים. *Futur.* מות יומת morte occidatur, Levit. 20. v. 9.

מת *maſc.* Mortuus: *eadem forma etiam Præter. Kal*, *& ejus*

 Par-

Participio præſenti competit; Cum præfix. כְּמֵת, Num. 19. v. 11., & בַּמֵּת, Num. 19. v. 18., in mortuum; Cum affix. מֵתִי mortuus meus, Gen. 23. verſ. 4. מֵתְךָ קְבֹר mortuum tuum ſepelito, Gen. eſ. 23. v. 15. Plural. מֵתִים mortui, 2. Reg. 19. v. 35. הֲלַמֵּתִים an mortuis? Pſal. 88. v. 11. Conſtr. כְּמֵתֵי עוֹלָם mortuos ſeculi, Thren. 3. verſ. 6. Sed aliud מֵתִי, & מְתִים vide in מתה.

מָוֶת maſc. Mors: Cum ה paragog. הַמָּוְתָה לַחֲסִידָיו mors ſanctorum ejus, Pſalm. 116. v. 15. Conſtr. מוֹת יְשָׁרִים morte rectorum, Num. 23. v. 10. Plural. Conſtr. מוֹתֵי עֲרֵלִים mortibus incircumciſorum, Ezech. 28. verſ. 10. Cum affix. בְּמוֹתָיו in mortes ſuas, Iſai. 53. v. 9. Chald. לְמוֹת ad mortem, Eſdr. 7. v. 26.

מוּת maſc. Mors, Pſalm. 9. v. 1., 48. v. 15. Hiſce tamen in locis explicandis varii ſunt Interpretes: Nam hunc Pſal. 9. v. 1. titulum עַל־מוּת לַבֵּן ita verterunt LXX., ὑπὲρ τῶν κρυφίων τοῦ υἱοῦ, id eſt, ut habet Vulgat., pro occultis filii; legebant, עֲלֻמוֹת unica voce, ut notat Guarin., referebantque ad עָלַם in Niph., Symac., & Hieron. reddunt, de morte filii; Aquil., & Theod., ſuper juventute filii; Alterum vero, quod Pſalm. 48. verſ. 15. occurrit, videlicet, עַל־מוּת LXX., Vulgat., aliique tam e noſtris, quam ex Hebræis, legentes unica voce עֲלָמוֹת, vel עוֹלָמוֹת, ſunt interpretati, in ſæcula, perpetuo; Hieron. vero, & quidam alii, in mortem, ad mortem uſque (noſtram), hoc eſt, donec moriamur; Quidam alii explicant, juveniliter, ſicut in juventute, quaſi ab עֶלֶם adoleſcens derivatum. Et ſic Chaldæus בְּיוֹמֵי טַלְיוּתָנָא in diebus pueritiæ noſtræ: Joa. Simon arbitratur & ipſe, עַל־מוּת ut unam vocem legendum; verum, hæc una vox ab illo redditur, cantus, cantio tibiarum Phrygiarum, ſive cantio tibiis Phrygiis canenda לַבֵּן pro Benitis, ſive Benitis tradita.

מָמוֹת maſc. In ſing. inuſit., Inde Plur. מְמוֹתִים mortes. Conſtruct. מְמוֹתֵי תַחֲלֻאִים mortibus ægritudinum, id eſt, ægerrimis, triſtiſſimis, Jerem. 16. v. 14.

תְּמוּתָה fœm. Occiſio, mors: בְּנֵי תְמוּתָה filios occiſionis, id eſt, morti deſtinatos, Pſal. 79. v. 11.

*מוֹא; Inde לְמוֹא vide ſupra in אוֹא pag. 19.

מָזַג *Radix inuſit. Sed Chald., & Rabbinis eſt*, miſcuit, diluit, temperavit: *Inde*

מֶזֶג *m.* Mixtio, potus infuſus, & mixtus, Cantic. 7. v. 2.

מָזָה *Inuſit. Inde* מָזֶה *maſc.* conſumptus, exhauſtus: *Plural. Conſtr.* מְזֵי רָעָב exauſti, *vel* conſumpti fame, Deuter. 32. v. 24. *Cum affix.* מְזָוֵינוּ *vide poſt* זָוִית *pag.* 253.

* מַזֶּה *pro* מַה־זֶּה *Vide ſupra in* מַה־ *pag.* 624., מַזֶּה *vide in* אֵי *pag.* 27., & *in* זֶה *pag.* 250., לִמְזָוֶה *vide in* אזא *pag.* 19.

מִזָּה Mezá, *nom. propr. viri*, Gen. 36. v. 13.

מֵזַח *maſc.* Zona, cingulum, Iſai. 23. v. 10. *Metaphorice* robur, vires; *quibus enim lumbi* accincti *ſunt, hi* fortiores *ſunt, & ad pugnam* expeditiores: *Cum præfix.* וּלְמֵזַח, & pro zona, Pſal. 109. v. 19. *Item* מְזִיחַ, Job. 12. v. 21., cingulum, *ut multis videtur*; *Aliis eſt* robur, fortitudo, vires: *Sed LXX. vocem hanc cum ſequenti* אַפִּיקִ *conjungentes, vertunt* ταπεινοὺς humiles; *Vulgat. habet*, ii, qui oppreſſi fuerant.

* מָזִין *Vide in* אָזַן; מָזוֹן, & מוזנים *vide in* זון.

מָזַר *Inuſit. Inde* מַמְזֵר *maſc.* ſpurius, nothus, Deuteron. 23. v. 2., *Kimchi à* זוּר *deducit, & utrumque* מ *formativum facit. Ita* ſpurius *dicitur quaſi* extraneus, & alienus *a legitima familia: vide eandem dictionem*, Zach. 9. v. 6., *ubi LXX. reddunt*, ἀλλογενεῖς alienigenæ; *Vulgat.* ſeparator; *referebat ad* זָרָה. *Apud Talmud.* ממזר *dicitur quaſi* מום זר macula aliena, *ortus, & ſanguinis alieni nota*, *Jebhammoth* fol. 76. 2. *Sed* מָזוֹר, & מָזֹר *vide ſupra in* זור: *Item plur. fœm.* מַזָּרוֹת *vide in* נָזַר.

מָחָא Percuſſit, complosit: & *dicitur de manuum* complosione *tantum*. *Eſt autem propriè Chaldaicum*: *nam Targum pro Hebræo* הִכָּה percuſſit, *habet* מְחָא. *Eſt etiam metaphorice*, attingere, pervenire, tendere aliquo: *Præter.* וּמָחָא & attinget, Num. 34. v. 11., *cum* א *loco* ה, *ubi tamen pleraque exemplaria habent* וּמָחָה. *Infin. cum affix.* יַעַן מַחְאֲךָ יָד propter complodere te manum, eo quod complodis manum, *ſive juxta LXX., atque Vulgat.*, pro eo quod plauſiſti manu, Ezech 25. v. 6. *Futur.* יִמְחֲאוּ־כָף complodant, plaudent manu, Pſal. 98. v. 8., Iſai. 55. v. 12.

מחא , & מְחָה Chald. Percuſſit : Præter. fœm. וּמְחַת & percuſſit, Dan. 2. v. 34 Particip. מָחֵא percutiens, Dan. 5. v. 19., quibuſdam tamen eſt pro מַחְיֵא, redditurque, vivere ſinens. Pah. avertere, cohibere, inhibere. Futur. יְמַחֵא בִידֵהּ qui cohibeat manum ejus, Dan. 4. v. 32., Vulg. vertit, qui reſiſtat manui ejus. Hac ſignific. apud Rabbinos, & Talmudicos frequens : יִתְמְחֵא vide in ſeq. Radic.

מחה Delevit, abſterſit : Præter. וּמָחָה & delebit, & abſterget ; Aliud vide in מְחָא ; Fœm. וּמָחֲתָה & tergit, & abſtergit, Proverb. 30. v. 20., מָחִיתָ deleviſti, Pſalm. 9. v. 6., מָחִיתִי delevi, Iſai. 44. v. 22. Particip. maſc. מֹחֶה delens, Iſai. 43. v. 25. Infin., מָחֹה delendo, Exod. 14. v. 14., לִמְחוֹת ad delendum, 2. Reg. 14. v. 27. Imper. מְחֵה dele, Pſal. 51. v. 3. Cum affix. מְחֵנִי dele me, Exod. 32. verſ. 32. Futur. cum affix. אֶמְחֶנּוּ delebo eum, Exod. 32. v. 33., תִּמְחֶה, Deuter. 25. v. 19., & תֶּמֶחִי, Jerem. 18. v. 23., delebis, deleas. Niph Præter. וְנִמְחוּ & delebuntur, Ezech. 6. v. 6. Futur. יִמָּחֶה שְׁמוֹ delebitur nomen ejus, Deuter. 25. v. 6., & per apocop. יִמַּח שְׁמָם deleatur nomen eorum, Pſal. 109. v. 13., תִּמָּחֶה, Nehem. 3 v. 37., & per apocop. תִּמַּח, Pſal. 109. v. 14., delebitur, deleatur ; Plur. יִמָּחוּ delebuntur. Hiph. Infin. לְמַחוֹת ad delendum, Proverb. 31. v. 3., pro לְהַמְחוֹת. Futur. אַל תֶּמַח ne deleto, Nehem. 13. v. 14., per apocopam : אַל תֶּמְחִי ne deleas, Jerem. 18. v. 23., pro תַּמְחֶה. Chald. Futur. יִתְמְחֵא עֲלוֹהִי deleatur, aboleatur in eo, Vulg., & configatur in eo, Eſdr. 6. v. 11.

מְחִי maſc., Ezech 26. v. 9., Aries, machina bellica ad evertendos muros, dicta quaſi percuſſio adverſi ſui. Kimchi arcum, baliſtam, interpretatur. Sed LXX. verterunt, ἐν λόγχαις & lanceæ; Vulgat., & vineæ : מִחְיָה fœm. vide in חָיָה : מְחִים plur. maſc. vide in מוח.

מְחִידָא Mahidá, nom. propr. viri, Eſdr. 2. v. 52., Nehem. 7. verſ. 54.

מְחוּיָאֵל Maviaël, juxta Vulg., nom. propr. viri, Geneſ. 4. verſ. 18.

מַחֲוִים Mahhavím. Vulg., Mahumités, nom. propr. patriæ, aut familiæ viri Eliel, 1 Paralip. 11. v. 26.

מַחֲזִיאוֹת Mahazióth, nom. propr. viri, 1. Paral. 25. v. 4.

מָחוֹל

מָחוֹל Mahól, *nom. propr. patris Dordæ*; 1. Reg. 4. v. 31.

מַחְלָה, *&c. Vide in* חָלָה, *&* חָלַל.

מַחְלָה Maalá, *nom. propr. mulieris*, Num. 26. v. 33., Joſ. 17. v. 3.

מַחְלִי Mahhalí, *Vulg.* Moholi, *nom. propr. viri*, Exod. 6. v. 19.

מַחְלוֹן Mahalón, *nom. propr. filii Elimelech*, Ruth. 1. v. 2.

מַחֲלַת Maheléth, *nom. propr. mulierum*, Geneſ. 28. v. 9., 2. Paralip. 11. v. 18.

מְחֹלָתִי Mahhólathí, *Vulg.*, Molathites, *nom. propr. loci*, 1. Samuel. 18. v. 19., 2. Samuel. 21. v. 8.

מַחַן, מַחֲנִי, אֶמְחָנוּ *Vide in* מָחָה.

מַחֲנַיִם, *&* מַחֲנָיִם Mahanaím, *&* Manáim, *nom. prop. loci trans Jordanem*, Geneſ. 32. v. 2.

מַחְסֵיָה Maaſiás, *nom. propr. viri*, Jerem. 32. verſ. 12., 51. verſ. 59.

מָחַץ Percuſſit, fregit, vulneravit: *Præter.* מָחַץ ראשׁ franget caput, Pſal. 110. v. 6. *Imper.* מְחַץ מָתְנַיִם frange lumbos, Deuteron. 33. v. 11. *Item* intinxit, immerſit: *Futur. cum affix.* אֶמְחָצֵם confringam, confregi eos; לְמַעַן תִּמְחַץ רַגְלְךָ ut immergas pedem tuum, *Vulg.*, ut intingatur pes tuus, Pſal. 68. v. 24. *Sic Chaldæus*, יִטַּמְּשׁוּן intingant. *R. Salom. etiam ſic exponit illud*, חִצָּיו יִמְחָץ ſagittas ſuas intinget, *ſcil.*, in ſanguine inimicorum ſuorum, Num. 24. v. 8., *ſed Vulg. ibidem reddit*, & perforabunt ſagittis.

מַחַץ *maſc.*, Iſai. 30. v. 26., *LXX. eſt*, dolor; *Vulgat.*, percuſsura; *Aliis*, fractio, confractio, vulnus.

מָחַק Raſit, eraſit, abraſit, delevit, abſcidit, *Rabbinis tritiſſimum eodem ſenſu cum* מָחָה: *Præter.* וּמָחֲקָה ראשׁו & abraſit, abſcidit caput ejus, Judic. 5. v. 26. *Vulg. ibidem paraphraſtam agit*.

מָחָר *m.* Cras: *& ſynecdochicè pro quovis tempore poſtero*, poſthac, in poſterum, *ut* Exod. 13. v. 14., לְמָחָר in craſtinum, Exod. 8. v. 10.

מָחֳרָת *fœm. Idem*, Num. 11. v. 32., לְמָחֳרָת poſtero manè, Jon. 4. v. 7., מִמָּחֳרָת poſtridie, Levit. 19. v. 6., *& forma conſtructa*, לְמָחֳרַת הַיּוֹם poſtridie ejus diei, 1. Paralip. 29. v. 21., מִמָּחֳרַת *idem*, Levit. 23. v. 11. *Cum affix.* לְמָחֳרָתָם poſtridie eorum, 1. Sam. 30. v. 17., *Vulg. vertit*, (a veſpere ad veſperam alterius diei; *Atque Joa. Simon. arbitratur*,

מ *in fine additum non habere rationem* affixi, *ſed* augmenti; *&* *denotare* totum diem craſtinum.

מְחִיר *maſc* Pretium, 1. Reg. 21. v. 2. *Cum affix.* מְחִירָהּ pretium ejus, Job. 28. v. 15. *Plur. cum affix.* בִּמְחִירֵיהֶם pretiis eorum, Pſal. 44. v. 13.

מְחִיר Mahír, *nom. propr. viri*, 1. Paralip. 4. v. 11.

מְחֻשִׁים Mehusím, *nom. propr. viri*, 1. Paralip. 8. v. 11.

מַחַת Máhath, *nom. propr. viri*, 1. Paralipom. 6. verſ. 35., 2. Paralip. 29. v. 12. *Aliud vide in* מָחָא, *&* מָחָה.

מְחִתָּה, מְחִתָּה *Vide in* מָחָא, *&* מָחָה: מַחְתָּה *vide in* חָתָה *pag.* 384. *Et* מַחְתָּה *vide in* חתת.

מְטָא *Chald.* Advenit, pervenit, ſupervenit, pertigit, Daniel. 4. v. 25., *&* *cum* ה, מְטָה, Daniel. 7. vv. 13. 22. *Fœm.* וּמְטַת ut perveniret, Daniel. 4. v. 19., דִּי מְטָת quod ſuperventurum eſt, Daniel. 4. v. 21. *Plural.* מְטוֹ pervenerunt, pervenerant, Daniel. 6. v. 25. *Futur.* יִמְטֵא pertingit, Daniel. 4. v. 8.

מְטַאטֵא; *Unde* בְּמַטְאֲטֵא, *quod vide in* טֵאטֵא *pag.* 385.

מֵיטַב, *&* *cum præfix.* בְּמֵיטַב *vide ſupra in* יָטַב *pag.* 438.

מַטֶּה *Vide ſupra in* מָטָא; נָטָה מַטֶּה, מַטָּה, מֻטֶּה *vide in poſt* מִטָּה, *&* מוֹטָה *vide ſupra poſt* מוט *pag.* 627. מְטַוֶּה *vide ſupra in* טָוָה.

מוּטָּט; *Unde* הַמּוּטָּט *vide ſupra* מוט *in Hiph.*

מָטַל *Radix Hebræis inuſit. Sed Arabi eſt*, cudit, cudendo in longum extendit; *inde* מְטִיל *&* *cum præfix.* כִּמְטִיל, Job. 40. v. 18., ſicut vectis; *Aliis eſt*, quaſi virga, baculus, malleus, palus, metallum; *Sed ab LXX. redditur*, ὡς χυτός quaſi fuſum, quaſi fuſile (ferreum); *a Sym.*, ὡς συμβλήματα quaſi commiſſuræ; *a Vulg.*, quaſi laminæ.

* מְטַחֲוֵי *Vide ſupra in* טָחָה *pag.* 392.

מָטַר Pluit, *in Kal inuſit. Inde Niph.* נִמְטַר compluttus eſt, rigatus eſt pluvia: *Futur.* תִּמָּטֵר compluttus fuit, Amos 4. v. 7. *Hiph.* הִמְטִיר depluit, pluviam demiſit, fecit, *aut* ſivit, ut plueret. *Præter.* לֹא הִמְטִיר יְהוָה non demiſerat pluviam Dominus, Geneſ. 2. v. 5. *Particip.* מַמְטִיר pluviam demiſſurus ſum, Geneſ. 7. v. 4., *Infinit.* לְהַמְטִיר pluviam demittendo, Job. 38. v. 26., מֵהַמְטִיר ne pluviam demittant, Iſai. 5. v. 6. *Futur.* אַמְטִיר pluviam demittam, Amos 4. v. 7.

מָטָר *maſc.* Pluvia, imber; Deuter. 11. v. 17., &c. *Cum præfix.* כְּמָטָר, & כַּמָּטָר ſicut pluvia, לַמָּטָר pluviæ, Job. 28. v. 26., &c., מִמָּטָר à pluvia, 2. Samuel. 23. v. 4., Iſai. 4. v. 6. *Sed* מְטָרָה *Vide poſt* נָטַר: *Conſtr.* מְטַר־אַרְצְכֶם pluviam terræ veſtræ, Deuter. 11. v. 14. *Conſtr. fœm.* מִטְרוֹת עֻזּוֹ pluviæ roboris ejus, Job. 37. v. 6.

מַטְרָא; *unde* בְּמַטְרָא *Vide in* מַטָּרָה *poſt* נָטַר: *Item* מְטוּרָא *vide in* טור *pag.* 392.

מַטְרֵד Matréd, *nom. propr. mulieris*. Geneſ. 36. v. 39.

מַטְרִי Metrí, *nom. prop. viri*, 1. Sam. 10. v. 21.

מְטַת *Vide ſupra in* מָטָא.

מֵידְבָא Medaba, *nom. propr. urbis*, Num. 21. verſ. 30., Joſ. 13. verſ. 9.

מֵידָד Medád, *nom. propr. viri*, Num. 11. vv. 26. 27.

מֵי זָהָב Mé zaháv, *Vulg.*, Mezaab, *nom. propr. viri*, Geneſ. 36. v. 39., 1. Paralip. 1. v. 50.

מיה *Radix inuſit. Inde, ut quibuſdam videtur, ſunt, quæ ſequuntur*, מִי, & מַיִם.

מִי Quis, qui, quæ: *Interrogativum perſonæ propriè, utrique generi, & numero ſerviens, ſed latiùs etiam uſurpatur*: מִי אַתָּה quis es tu? Geneſ. 27. v. 32., מִי אַתְּ quæ es tu? Ruth 3. v. 9., מִי אֵלֶּה qui ſunt iſti? Gen. 33. v. 5., מִי שְׁמֶךָ quis (es de) nomine tuo, *ſeu*, quod eſt nomen tuum? Judic. 13. v. 17., לְמִי אַתָּה cujus es tu? לְמִי אֵלֶּה cujus ſunt iſta? Geneſ. 32. v. 18. *Hinc* בְּשֶׁלְּמִי cujus cauſa, propter quem? Jonæ 1. v. 7., *ex* ב, & מִי, & שֶׁל *compoſitum*. *Vide ſupra* מָה, & *infra* מַיִם.

מַיִם, & *in pauſa* מָיִם, *maſc.* Aqua, aquæ: *Forma numeri dualis videtur duplicem aquam notare, de qua* Geneſ. 1. vv. 6. 7. *Jungitur quoque Verbo ſingularis numeri, ut* Geneſ. 9. 15., Levit. 11. v. 38., Num. 19. v. 20., & 24. v. 7., & *inde non ſequitur* מַיִם *eſſe ſingulare, ſcribit Ab. Eſra ad locum priorem. Sæpè enim verbum ſingulare cum Nomine plurali jungitur per ſyntheſin. Nonnulli tamen, inter quos Jo. Simon, arbitrantur,* מַיִם *eſſe ſingulare: Cum* ה *locali*, הַמַּיְמָה, & *in pauſa*, הַמָּיְמָה ad aquam, Exod. 7. v. 15., 8. v. 16. *Conſtruct.* מֵי, Geneſ. 7. v. 7. *Cum præfix.* מִמֵּי ex aquis, Exod. 9. v. 11., Num. 5. v. 19., Iſai. 48. v. 1., & *ſervato utroque*

Mem,

Mem, מֵימֵי, Exod. 7. v. 19., *& ſic ſemper cum affix. Cum præfix.* מִמֵּימֵי ex aquis, Exod. 4. verſ. 9., *cum affix.* מֵימָיו aquæ ejus; מֵימֶיךָ aquas tuas, Num. 20. v. 19.

מִין *maſc.* Species, *ab LXX., Aquil., Sym., Theod. redditur,* γένος, *a Vulg.*, genus. *Cum affix.* לְמִינוֹ ſecundum ſpeciem ſuam, Gen. 1. v. 11., לְמִינֵהוּ in ſpecies ſuas, v. 12. לְמִינָהּ *fœm.* ſecundum ſpeciem ejus, Geneſ. 1. v. 24., *&c. Plur. cum præfix., & affix.* לְמִינֵהֶם ſecundum ſpecies eorum, Geneſ. 1. v. 21.

מִיץ *maſc.* Preſſura: מִיץ חָלָב preſſura lactis, *Vulg. habet,* qui fortiter premit ubera, וּמִיץ אַף & preſsura naſi, *Vulg.*, qui vehementer emungit, וּמִיץ אַפַּיִם & preſſura irarum, *Vulg.*, & qui provocat iras, Proverb. 30. v. 33.

מֵץ *m.* Preſſor: אָפֵס הַמֵּץ, Iſai. 16. v. 4., deſinet, qui premat; *Vulg vertit*, finitus eſt enim pulvis; *pro* הַמֵּץ *legebat* הַמֹּץ.

* מִיק. *Vide ſupra in* מוק.

* מִיר *Vide ſupra in* מור.

מִיכָא Michá, *nom. propr. filii Miphiboſet*, 2. Sam. 9. v. 12.

מִיכָאֵל Michaël, *nom. Angeli*, Daniel. 10. v. 13. *Item nom. propr. virorum*, 1. Paralip. 6. v. 40., *&c. Etym.* quis ut Deus? *ex* מִי quis? *ex* כְּ ſicut; *& ex* אֵל Deus.

מַכְבֵּנָא Machbená, *nom. propr. filii Sue*, 1. Paralip. 2. v. 49.

מַכְבַּנַּי Machbanái, *nom. propr. viri*, 1. Paralip. 12. v. 13.

מַכָּה *fœm.*, *Plur.* מַכּוֹת *vide poſt* נָכָה: מְכוּנָה, מְכוֹנוֹת *vide in* כּוּן *pag.* 534.

מִיכָה Micháh, *nom. propr. prophetæ inter minores ſexti*, Mich. 1. v. 1., Jerem. 26. v. 18., *Item nom. propr. aliorum virorum*, 1. Paralip. 5. v. 5., 8. v. 35., 2. Paralip. 34. v. 20.

מָכִי Machí, *nom propr. patris Guel*, Num. 13. v. 15.

מִיכָיָה Michæa, *nom. propr. Sacerdotis*, Nehem. 12. v. 41.

מִיכָיָהוּ Michaiáhu, *& juxta Vulg.*, Michaiá, Michæas, *nom. propr. filiæ Uriel*, 2. Paralip. 13. v. 2., *item nom. propr. virorum*, 1. Reg. 22. v. 8., Jerem. 36. v. 11.

מִיכָיְהוּ Michás, *juxta Vulg.*, *nom. propr. viri*, Judic. 17. v. 1.

מָכַךְ Depauperari, attenuari. *Partic.* מָךְ attenuatus, pauper, Levit. 25. v. 47., 27. 8. *Futur.* יָמוּךְ, *pro* יָמֹךְ, attenuatus, pauper fuerit, Levit. 25. vv. 25. 39., *Plural.* וַיָּמֹכּוּ, Pſal. 106. v. 43., & attenuati, & humiliati ſunt.

Niph.

Niph. Futur. תִּמַּךְ atteṅuatur, Eccleſ. 10. v. 18., *id eſt*, infirmatur, imminuitur; *LXX. ibidem habent* ταπεινωθήσεται, *Vulg.*, humiliabitur. *Hoph. Præter. anomalum*, וְהֻמְּכוּ, *pro* וְהוּמְכוּ, Job. 24. v. 24., & attenuantur, *ſive* attenuabuntur, deprimentur; *Vulg. reddit*, & humiliabuntur: *Vide ſupra in* מוּךְ.

מִכְלָה *fœm. Vide ſupra poſt* כֶּלֶא *pag.* 546., מַכֹּלֶת *vide ſupra in* אָכַל *pag.* 33., *Plur. fœm.* מִכְלוֹת *vide ſupra in* כָּלָה *pag.* 550.

מִכֶּם *Dictio compoſita ex* מ, *&* כֶּם, vobis.

מִכְמָס Machmás, *nom. propr. urbis in finibus Tribus Ephraim ad auſtrum*, Eſdr. 2. v. 27., Nehem. 7. v. 31.

מִכְמָשׂ, *&* מִכְמָשׁ Machmás, *&* Mechmás, *idem ac* מִכְמָס, 1. Sam. 13. v. 2., Nehem. 11. v. 31., Iſai. 10. v. 28.

מִכְמְתָת Machmetháth, *nom. propr. urbis cis Jordanem.* Jos. 16. v. 6., 17. v. 7.

מַכְנַדְבַי Mechenedebai, *nom. propr. viri*, Eſdr. 10. v. 40.

מָכוֹן, מְכוֹן *Vide pag.* 539. *Item* מֵכִין *vide partic. in* כּוּן *pag.* 537.

מְכֹנָה Mochona, *nom. propr. urbis Tribus Juda*, Nehem. 11. v. 28. *Aliud vide in* כון *pag.* 539.

מְכֹנָה; *Inde cum affix.* מְכֹנָתָהּ *vide in* כּוּן *pag.* 539.

מֶכֶס, מִכְסַת, מִכְסָה *Vide* כָּסַס *pag.* 563. *Sed* מִכְסֶה, *&* מְכַסֶּה *vide in* כָּסָה *pag.* 560., 561.

מָכַר Vendidit, tradidit *quaſi* venditum, Judic. 2. verſ. 14., *&* 4. v. 9., מָכַר לוֹ vendidit ei, Levit. 25. v. 27., *fœm.* מָכְרָה vendidit, vendet, Ruth 4. verſ. 3., *Cum affix.* מְכָרוֹ vendidit eum, Exod. 21. v. 16., *&c.*, מְכָרָנוּ vendidit nos, Geneſ. 31. v. 15., מְכָרָם vendidit eos, Deuteron. 32. v. 30. *Plural. cum affix.* וּמְכָרוּם & vendent eos, Joel. 4. v. 8. *Particip.* מֹכֵר, הַמּוֹכֵר, *& fœm.* הַמֹּכֶרֶת vendens; *Plural.* מוֹכְרִים; *conſtr.* מֹכְרֵי vendentes; *Cum affix.* וּמֹכְרֵיהֶן, Zach. 11. v. 5., & vendentes, & qui vendebant ea (pecora). *Infinit.* מְכֹר, *&* לִמְכּוֹר vendere, ad vendendum; *Cum affix.* לְמָכְרָהּ ad vendendam eam, Exod. 21. v. 8., מִכְרָם vendere eos, Nehem. 13. v. 15., Amos 2. v. 6., *Imper. cum* ה *paragog.* מִכְרָה, Geneſ. 25. v. 31., *&* מִכְרִי, 2. Reg. 4. v. 7., vende: *Futur.* יִמְכֹּר, *& ſequente* Makaph, יִמְכָּר־, Levit. 25. v. 15., vendet; *Cum affix.* וַיִּמְכְּרֵם & vendidit eos, Judic. 2. v. 14., תִּמְכֹּר, *& cum affix.* תִּמְכְּרֶנָּה vendes eam,

Deuter.

Deuteron. 21. v. 14., *Plural. cum affix.* וְנִמְכְּרֶנּוּ vendemus eum, Geneſ. 37. v. 27. *Niph. Præter.* נִמְכַּר vendidit ſe, venditus fuit, Levit. 25. v. 48. *Partic. Plur.* הַנִּמְכָּרִים venditi, Nehem. 5. v. 7. *Infin. cum affix.* הִמָּכְרוֹ vendi eum, Levit. 25. v. 50. *Futur.* תִּמָּכֵר, יִמָּכֵר vendetur; *Plur.* יִמָּכְרוּ vendentur. *Hithp. Præter.* הִתְמַכֵּר vendidit, dedidit ſe, *Vulg. habet*, venundatus eſt, 1. Reg. 21. v. 25., וְהִתְמַכַּרְתֶּם exponetis vos venales, *Vulgat.*, venderis, Deuteron. 28. v. 68. *Infin.* יַעַן הִתְמַכֶּרְךָ propter vendere te, *id eſt*, eo quod vendidiſti, *ſeu* dedidiſti te, *Vulg.*, eo quod venundatus ſis, 1. Reg. 21. v. 20. *Futur.* וַיִּתְמַכְּרוּ & vendiderunt, dediderunt ſe, 2. Reg. 17. v. 17. *Vide, quæ ſequuntur.*

מֶכֶר *maſc.* Venditio, venale, res venalis, Nehem. 13. v. 16., *& metonymicè*, pretium venditionis, Num. 20. v. 19. *Cum affix.* מִכְרָהּ pretium ejus, Prov. 31. v. 10., מִכְרָם pretium venditionis eorum, Num. 20. v. 19.

מַכָּר *maſc. Vide poſt* נָכַר: מְכֵרָה, *&c. vide in* כָּרָה *pag.* 571.

מְכֵרָה, *aut* מְכוּרָה, *fœm. Unde cum affix.* מְכוּרֹתָם, Ezech. 29. v. 14., *redditur a Vulgat.* nativitas eorum, *hoc eſt*, in qua (terra) nati ſunt; *ab aliis*, negotiatio eorum; *Plur.* מְכֻרוֹתַיִךְ negotiationum tuarum, *Vulg. habet*, (in terra) nativitatis tuæ, Ezech. 21. v. 30. *Et cum* Cholem, מְכֹרֹתַיִךְ, Ezech. 16. v. 3., commercia tua; *a LXX.*, *& Vulg. redditur* radix tua. *Sunt etiam qui* כ *pro* ג *poſitum exiſtimant, quaſi pro* מְגוּרָה peregrinatio, *a* גור: מְכֵרוֹת *fœm. plur.*, *unde cum affix.* מְכֵרֹתֵיהֶם, Geneſ. 49. v. 5., pactiones eorum, *quibus Sichemitas in fœdus transmiſerunt*, *juxta Ab. Eſram. R. Salom.* gladium *explicat*, *qui Græcè dicitur* ἡ μάχαιρα.

מָכִיר Machir, *nom. propr. virorum*, Geneſ. 50. v. 22., 2. Sam. 9. verſ. 4.

מִכְרִי Michri, *Vulg.*, Mochori, *nom. propr. viri*, 1. Paralip. 9. verſ. 8.

מָכִירִי Machiri, *Vulg.*, Machiritæ, *nom. patronymicum poſterorum* מָכִיר, Num. 26. v. 29.

מְכֵרָתִי Mecherati, *Vulg.*, Mecherathites, *nom. propr. loci, aut familiæ, unde oriundus erat Hepher*, 1. Paralip. 11. v. 36.

* מַכֹּת, מַכָּתִי, מַכָּתוֹ, *&c. Vide poſt* נָכָה. *Item* מִכְתָּה; *unde vide ſupra poſt* כָּתַת בְּמִכְתָּתוֹ.

מִמְכָּר *maſc.* Venditio, Ezech. 7. v. 13. *Conſtr.* מִמְכַּר־בַּיִת venditio domus, Levit. 25. v. 33. *Cum affix.* מִמְכָּרוֹ venditionis ſuæ, Levit. 25. v. 27., *Plural. cum affix.* מִמְכָּרָיו venditiones ejus, *id eſt*, pretium rerum venditarum, Deuter. 18. v. 8.

מִמְכֶּרֶת *fœm.* Venditio, Levit. 25. v. 42., *ſed Vulg. eſt*, conditio.

מָלֵא, *&* מָלָא Plenus, completus, impletus, repletus fuit, implevit ſe: *Et interdum active*, implevit, complevit, replevit, explevit. *Aliquando formam ſuam mutuatur à* מָלָה: *Præter cum affix.* מְלָאוֹ implevit eum, Eſth. 7. v. 5., *& Fœm.* מָלְאָה plena eſt, repleta eſt, Gen. 6. v. 13., וּמָלְאָה & impleatur, Levit. 19. v. 29., מָלֵאתָ implevisti, plenus es, *Vulg. habet*, (causa tua) judicata eſt, Job. 36. v. 17., מָלֵאתִי, Jerem. 6. verſ. 11., *& abſque* א, מָלֹתִי, Job. 32. v. 18., plenus ſum: *Sed* מְלֵאתִי *vide* מָלֵא *inter nomina*; *Plur.* מָלְאוּ, Geneſ. 29. v. 21., *& in pauſa*, מָלֵאוּ, Iſai. 1. v. 15., *& abſque* א, מָלוּ, Ezech. 28. v. 16., pleni, repleti, repleta ſunt: *Partic.* מָלֵא, plenus, *&c.*, *ſed* Geneſ. 23. v. 9. *a LXX.*, *& Vulg. redditur*, (pecunia) digna, *hoc eſt*, pleni ponderis, & probati; וְהַמָּלֵא, 2. Reg. 4. v. 4., & quod plenum; *reliqua vide inter nomina*: *Infin.* מְלֹאת impleri, Levit. 8. v. 33., *Cum præfix.*, *&* ו *otioſo*, בִּמְלֹאות cum repleretur, *Vulg. habet*, cum ſatiatus fuerit, Job. 20. v. 22., כִּמְלֹאות, Jerem. 25. v. 12., *&* כִּמְלֹאת, 2. Reg. 4. v. 6., Ezech. 5. v. 2., cum impleti fuerint, cum plena fuiſſent, juxta completionem, *ut habet Vulg. Imper. plur.* מִלְאוּ implete, replete, Exod. 32. v. 29., 1. Reg. 18. v. 34. *Futur.* תִּמְלָא implebitur; *cum affixo poetico*, תִּמְלָאֵמוֹ implebitur ex eis, Exod. 15. v. 9., *Plur.* יִמְלְאוּ implentur, complebuntur. *Niph. Particip.* נִמְלָא oppletum eſt, Cantic. 5. v. 2. *Futur. cum* ה *paragog.*, אִמָּלְאָה replebor, Ezech. 26. v. 2., יִמָּלֵא impleta eſt, Iſai. 6. v. 4., *Plur. cum* ן *paragog.*, יִמָּלְאוּן implebuntur, Ezech. 32. v. 6. *Pih.* מִלֵּא, *ſemel* מִלָּא, Jerem. 51. v. 34., implevit, replevit, complevit, opplevit; מִלֵּא מַיִם implevit aquis, 1. Reg. 18. v. 35., *Item metaphorice* מִלֵּא, *ſequente* יָד, *ſignificat*: I. Initiavit ſacro miniſterio, conſecravit, *ut* מִלֵּא־יָדָם, Num. 3. v. 3., implevit manus eorum, *hoc eſt*,

 conſe-

conſecravit manus eorum; *quæ phraſis inde obtinuit, quod ini-
tiandorum manus certis ſacrificiorum partibus* implebantur,
ut conſtat ex cap. Exod. 29. v. 24. *In hunc* conſecrationis *ſen-
ſum uſurpatur* מִלֵּא Exod. 28. v. 41., 29. v. 9., Levit. 21.
v. 10. *Inde etiam ad quamvis* conſecrationem *traductum eſt*,
ut Exod. 32. v. 29. II. Perfecit, adimplevit, *ut* וּבְיָדוֹ מִלֵּא
& in manu ejus perfecit, 1. Reg. 8. v. 15., וּבְיָדָיו מִלֵּא,
2. Paralip. 6. v. 4., in manibus ejus, *ſive, ut habet Vulg.*,
opere complevit: III. Tetendit fortiter, *cum ſermo ha-
betur de arcu, ut*, מִלֵּא יָדוֹ בַקֶּשֶׁת, 2. Reg. 9. v. 24., im-
plevit manum ſuam in arcu, *id eſt*, manu fortiter tetendit
arcum: IV. *Adverbii interdum rationem habet, ut* קִרְאוּ מַלְאוּ,
Jerem. 4. v. 5., clamate, complete, *hoc eſt*, clamate conti-
nuo, fortiter: V. *Si ſequatur particula* מִכֵּם; *item* אַחֲרֵי,
vel אַחַר, *tunc* מִלֵּא *ſignificat*, perfectè, fideliter ſequutus eſt
aliquem, plene, perfecte perfecit voluntatem *alterius*; *ſic*
מִלֵּא אַחֲרֵי יְהוָה, Deuteron. 1. v. 36., Joſ. 14. v. 14., im-
plevit poſt Dominum, *hoc eſt*, continuo ſecutus eſt Do-
minum, *ſive* plene, & perfecte obſequutus eſt Domino:
Præter. plur. מִלְאוּ, *abſque Dageſch in* ל, impleverunt; *Cum
affix.* מִלְאוּהָ impleverunt eam, Eſdr. 9. v. 11., מִלֵּאתֶם יֶדְכֶם,
2. Paralip. 29. v. 31., impleſtis manus veſtras, *id eſt*, con-
ſecraſtis vos miniſterio: *Partic.* מְמַלֵּא implens. Jerem. 13.
v. 13., *Item* inundans, exundans, *cum de* flumine *uſurpa-
tur, ut*, 1. Paralip. 12. v. 15., *Plur.* הַמְמַלְאִים implentes:
Infin. cum præfix. לְמַלֵּא; *& forma mixta*, לְמַלֹּאת, Exod.
31. v. 5., *& cum* Vau *otioſo* לְמַלּוֹאת, 1. Paral. 29. v. 5., ad
implendum; *Cum affix.* וּלְמַלְאָם & ad implendas eas, Jerem.
33. v. 5. *Imper.* מַלֵּא imple, comple, Geneſ. 29. v. 27. *Plur.*
מַלְאוּ implete, Jerem. 4. v. 5., Ezech. 9. v. 7. *Futur.* אֲמַלֵּא;
& cum affix. וַאֲמַלְאֵהוּ & implebo illud, Pſalm. 81. v. 11.,
תְּמַלֵּא implebis, Exod. 29. v. 35., *& cum præfix.* ה *interrog.*,
הַתְמַלֵּא an implebis? Job. 40. v. 31., יְמַלֵּא, Levit. 8. v. 33.,
& ſemel cum ה *pro* א, יְמַלֵּה, Job. 8. v. 21., implebit, im-
pleat; *fœm.* וַתְּמַלֵּא & implevit, Gen. 21. v. 19., *Plur.* נְמַלֵּא
implebimus, Proverb. 1. v. 13., יְמַלְאוּ; *& cum affix.*, *&
præfix.*, וַיְמַלְאוּם & impleverunt eos, *vel* ea, Geneſ. 26.
v. 15., 1. Samuel. 18. v. 27. *Pyh. partic. plur.* מְמֻלָּאִים reple-
tæ,

tæ,

tæ, plenæ, Cant. 5. v. 14. *Hithp. futur. plur. cum* Nun *paragog. in pauſa*, יִמַּלֵּאוּן, Job. 16. v. 10., explebunt, explent ſe ſe; *LXX. habent*, κατέδραμον currebant; *Vulg.*, ſatiati ſunt.

מְלָא, *vel* מְלָה *Chald. ſignificat idem ac Hebr. Inde Præter. fœm.* וּמְלָאת & implevit, Daniel. 2. v. 35. *Ithpeh. præter.* הִתְמְלִי repletus fuit, Dan. 3. v. 19., א *in* Jod *commutato*.

מָלֵא *maſc.* Plenus, Jerem. 4. v. 12. *Conſtruct.* מְלֵא יָמִים plenus dierum, Jerem. 6. v. 11. *Plural.* מְלֵאִים pleni, Deut. 6. v. 11. *Fœm.* מְלֵאָה plena, *vel* plenum, Num. 7. v. 14. *Conſtr. cum* Jod *paragog.*, מְלֵאֲתִי plena, Iſai. 1. v. 21. *Et ſubſtantivè*, וְכַמְּלֵאָה & ſicut plenitudo, *Vulg. reddit*, & primitiva, Num. 18. v. 27. *Cum affix.* מְלֵאָתְךָ plenitudinem tuam, Exod. 22. v. 29., *id eſt*, primitias frugum, *&* liquoris; *Plur.* מְלֵאוֹת plenæ, Ezech. 36. v. 38.

מְלֹא, *vel* מְלוֹא *maſc. & ſemel cum* ו *pro* א, מְלוֹ, Ezech. 41. verſ. 8., plenitudo, multitudo, totus complexus: וַיִּפֹּל מְלֹא־קוֹמָתוֹ, 1. Samuel. 28. v. 20., & cecidit plenitudine ſtaturæ ejus, *id eſt*, ſtatim corruit, quantus quantus erat, tota mole concidit; *Vulg. reddit*, cecidit porrectus (in terram); מְלֹא רֹעִים multitudo paſtorum, Iſai. 31. v. 4., מִמְּלֹא præ multitudine, Eccleſ. 4. v. 6. *Cum affix.* וּמְלֹאוֹ, *&* וּמְלוֹאוֹ & plenitudo ejus; וּמְלוֹאָהּ & plenitudo ejus, Pſalm. 24. v. 1., מִמְּלֹאָהּ a plenitudine ejus, Ezech. 12. v. 9.

מִלּוֹא *maſc.* Munitio, arx, vallum, *vel* caſtellum *cum* vallo: *Kimchi putat*, *fuiſſe locum amplum*, *& latum*, *comitiis*, *& conventibus publicis deſtinatum*, *dictum* Millo, *quod* repleretur *hominibus*. *LXX. interdum*, *ut nom. propr. accipiunt*, Μααλώ; *quandoque vero ut appellativum interpretantur*, *videl.*, ſummum culmen, faſtigium, arcem, munitionem; *a Vulg. redditur ſemper* Mello; *Et ut notat Guarin*, Melló *eſt nom. propr. civitatis*, *prope Sichem*, *vel nomen ejus ſuburbii*, Judic. 9. v. 6., *Item nom. propr. vallis*, *quæ montem Sion ab inferiori Jeruſalem ſecernebat*, *& quam Salomon terra opplevit*, 2. Samuel. 5. v. 9., *&c.*

מִלֻּא, *aut* מִלֻּא *maſc. Inuſit. in ſingul. Inde plur.* מִלֻּאִים, *&* מִלּוּאִים impletiones, *id eſt*, inaugurationes, conſecrationes: אֵיל מִלֻּאִים aries impletionum, *id eſt*, conſecrationum,

Exod. 29. vv. 22. 27. 31., Levit. 8. vv. 22. 28. 29. *Animadvertit autem R. Salomon, ſic dictum arietem, quod eo compleretur, & perficeretur actus ſacerdotalis*; וְלַמִּלּוּאִים & pro conſecratione, Levit. 7. v. 37., (& panem, qui in caniſtro) הַמִּלֻּאִים conſecrationis (comedetis), Lev. 8. v. 31. *Hæc ipſa dictio* מִלֻּאִים *metonymice uſurpata ſignificat* ſacrificium, *quo fiebat* inauguratio; *ut*, מִבְּשַׂר הַמִּלֻּאִים, Exod. 29. v. 34., de carne conſecrationis, *ſive, ut habet Vulg.*, de carnibus conſecratis: *Item* וְאַבְנֵי מִלֻּאִים, Exod. 25. v. 7., lapides impletionum, plenitudinum, *id eſt*, inſititii, inſitivi, *quibus palæ, ſive ſundulæ* implentur. *Notant hic eruditi*, lapides plenitudinum, impletionum *eſſe* gemmas, *quæ auro, & argento includi ſolent, atque ita* replent *cava in illis facta*; *Vulg. ibidem reddit* gemmas ad ornandum (Ephod); *Sed* 1. Paralip. 29. v. 2., אַבְנֵי מִלּוּאִים *vertit* lapides quaſi ſtibinos, ſtibio *videl. ſimiles*; *Cum affix.* יְמֵי מִלֻּאֵיכֶם, Levit. 8. v. 33., dies conſecrationum veſtrarum.

מִלַּיָא *Vide infra in* מִלָּה *poſt* מָלַל *pag.* 650.

מִלֻּאָה *fœm.* Plenitudo, impletio, implementum: *Conſtr.* מִלֻּאַת Exod. 28. v. 17. *Plur. cum affix.* בְּמִלּוּאֹתָם implementis ſuis, Exod. 28. v. 20.

מִלֵּאת *fœm.* Impletio, inſitio, Cantic. 5. v. 12., *ubi Vulg. vertit*, fluenta pleniſſima; *legebat* מְלֵאֹת.

מַלְאָכִי Malachias, *nom. propr. prophetæ*, Malach. 1. v. 1.

מוֹלִיד Molíd, *nom. propr. viri*, 1. Paralip. 2. v. 29.

מוֹלָדָה Moladá, *nom. propr. civitatis*, Joſ. 15. v. 26., 19. v. 2.

מוֹלֶדֶת, מוֹלַדְתֵּהּ, *& cum aliis affixis vide in* יָלַד *pag.* 446.

מְלָה, מְלֵתִי, מָלוּ, יִמַּלֵּה, הִתְמַלֵּי *Vide ſupra in* מָלֵא *Hebr.*, *& in* מְלָא *Chald. Item* מְלוֹ *vide ſupra in* מְלֹא, מְלוֹא. *Sed* מִלָּה, מִלֵּי, מִלִּים, מִלֵּי, מִלַּת, מִלָּתִי *& vide infra in* מִלָּה *poſt* מָלַל.

מַלּוֹתִי Mellóthi, *nom. propr. filii Heman*, 1. Paralip. 25. v. 4.

מלח, *& Chald.* מְלַח *maſc.* Sal: בַּמֶּלַח תִּמְלָח ſale ſalietur, Levit. 2. v. 13. *Metaphorice*, æternum, durabile; *nam ſal a corruptione conſervat*: בְּרִית מֶלַח fœdus ſalis, Num. 18. v. 19., *id eſt*, incorruptibile, & perpetuum; *ſic* 2. Paralip. 13. v. 5., בְּרִית מֶלַח fœdere, pacto ſalis, *id eſt*, jure perpetuo: *Atque inde ab hoc nomine plerique deducunt verbum quod ſequitur.*

מָלַח

מלח Salivit: *Præter. Chald.* דִּי־מְלַח הֵיכְלָא מְלַחְנָא, Eſdr. 4. verſ. 14., propterea quod ſale palatii regii ſalivimus; *Vulg. reddit*, memores ſalis, quod in palatio comedimus, *hoc eſt*, memores, quod in palatio educati ſumus: *Futur.* תִּמְלָח, Levitic. 2. verſ. 13., ſalietur; *Vulg. habet*, ſalies. *Niph.* נִמְלַח evaneſcere, deteri, conſumi, diſſolvi; *ſicut enim* ſal *carnes a corruptione præſervat*; *ita contra veſtimenta*, & *res varias alias* corrumpit: *unde* terra ſalis, *vel* ſalſuginis, *eſt* terra ſterilis, & corruptioni *obnoxia*. *Præt. plur.* כֶּעָשָׁן נִמְלָחוּ ut fumus evaneſcent, diſſolventur, corrumpentur; *Vulg. vertit*, liqueſcent, Iſai. 51. v. 6. *Pyh. Partic.* מְמֻלָּח, Exod. 30. v. 35., ſalitum, ſalſum, *ſcil. ſuffimentum*; *nam* ſal ſodomiticum *ad ſuffitum etiam adhibebant*, *ut Aben Eſra notat*: *Sed LXX.*, *Vulg.*, *Chaldæus*, *R. Salomon*, *aliique ſunt interpretati*, mixtum, commixtum (thymiama); *nam quod* ſalitur, *ſolet* commiſceri, *ac* ſurſum deorſum verti. *Hoph. Præter.*, & *Infinit.* הָמְלֵחַ לֹא הֻמְלַחַתְּ ſaliendo non fuiſti ſalita; *LXX.*, & *Vulg. habent*, neque ſale ſalita es, Ezech. 16. v. 4.

מַלּוּחַ *maſc.* Herba ſalſilaginoſa, Job. 30. v. 4., *Vulg. ibidem vocem Hebraicam* מַלּוּחַ & herbas, & cortices *tranſtulit*. *Quidam*, malvam, *alii* halimum, *alii* urticam *vertunt*. *Sic pro Hebræo* חָרוּל *in Targum ponitur* מַלּוּחִין, Sophon. 2. v. 9.

מְלֵחָה *fœm.* Salſugo; אֶרֶץ מְלֵחָה terra ſalſuginis, *id eſt*, ſalſuginoſa, Jerem. 17. v. 6., אֶרֶץ פְּרִי לִמְלֵחָה terram fructus in ſalſuginem, Pſalm. 107. v. 34., *id eſt*, fructuoſam in ſalſuginoſam.

מְלָחִים *maſc. pl.* Evanida, veſtimenta detrita, *Vulg. reddit*, antiqua, Jerem. 38. v. 11., *Cum præfix. ibid.* v. 12., וְהַמְּלָחִים & ſciſſa, & putrida, & detrita (veſtimenta).

מַלָּחִים *maſc. pl.* Nautæ, Jonæ 1. v. 5., marini *propriè*, *a* ſale, *vel* ſalſa aqua maris *ſic dicti*; *quod* remis aquam commiſcent, *ut R. Salomon ſcribit*, *juxta ſignificationem Participii in Pyh*. *Cum affix.* מַלָּחֵיהֶם & nautæ earum, Ezech. 27. v. 9., מַלָּחַיִךְ nautæ tui.

מלט *in Kal. inuſit. Niph.* נִמְלַט ereptus, liberatus fuit, eripuit, eruit, liberavit, recepit ſe, evaſit: *Præter.* וְלֹא נִמְלַט אִישׁ & non evaſit quiſquam, Judic. 3. v. 29. *Particip.*

ticip. הַנִּמְלָט ereptus, 1. Reg. 19. v. 17. *Infin.* הִמָּלֵט eripiendo, 1. Samuel. 27. v. 1., *Cum præfix.* לְהִמָּלֵט eripere me, ſalvari, Gen. 19. v. 19., Eſth. 4. v. 13. *Imper. maſc.* הִמָּלֵט eripe te, ſalva te, Geneſ. 19. vv. 17. 22., *& fœm.* הִמָּלְטִי libera te, ſalva te, Zachar. 2. v. 7. *Futur.* אִמָּלֵט, *& cum* ה *paragog.* אִמָּלְטָה eripiar, eripiam me; הֲיִמָּלֵט an eripiet ſe? Ezech. 17. v. 15., *Plur.* נִמָּלֵט eripiemur, Iſai. 20. v. 6. *Pih.* מִלֵּט, *& ſemel* מַלֵּט, Eccl. 9. v. 15., excidere, elabi fecit, eripuit, liberavit, *& ſpecialiter* fœtum ex utero, *hoc eſt*, excluſit, peperit: מִלֵּט נַפְשׁוֹ animam ſuam eripuit, Ezech. 33. v. 5. *Cum affix.* מִלְּטָנוּ eripuit nos, 2. Samuel. 19. v. 10. *Partic.* מְמַלֵּט eripiens; *Infin.* מַלֵּט eripere, eripiendo, Iſai. 46. v. 2., Jerem. 39. v. 18. *Imper. cum* ה *paragog.* מַלְּטָה libera, Pſalm. 116. v. 4., *fœm.* וּמַלְּטִי & libera, & ſalva, 1. Reg. 1. v. 12. *Plur.* מַלְּטוּ eripite; *Cum affix.* וּמַלְּטוּנִי & liberate me, Job. 6. v. 23. *Futur.* אֲמַלֵּט עָנִי eripiam pauperem, Job. 29. v. 12. *Item*, peperit, *q. d.* evadere fecit fœtum: *Unde*, וּמִלְּטָה & evadere faciet, Iſai. 34. v. 15., *id eſt*, pariet, ponet *ſcil.* ova ſua, *Vulgat. habet*, & enutrivit. *Hiph. Præter.* וְהִמְלִיטָה זָכָר & peperit marem, Iſai. 66. v. 7. *Infin.* פָּסֹחַ וְהִמְלִיט tranſeundo, & liberando, Iſai. 31. v. 5., *cum* Chirek *ſub* ה *loco* Pathach, *juxta Kimchium*. *Hitpb. Futur. cum* ה *paragog.* וָאֶתְמַלְּטָה, Job. 19. v. 20., & ereptus ſum, & evaſi (*cum ſola pelle dentium, ſeu gingivarum mearum, hoc eſt, ſola pellis gingivarum mearum ſana mihi eſt relicta*); *LXX. ſunt interpretati*, hærent autem (oſſa mea circa dentes meos); *Sym. vertit*, ἐξέτιλλον & evellebam (pellem meam dentibus meis); *Vulg. habet*, & derelicta ſunt (tantummodo labia circa dentes meos); *Plur. in pauſa* יִתְמַלָּטוּ proripiunt ſeſe, Job. 41. verſ. 11., *LXX. ibidem vertunt*, διαῤῥιπτοῦνται disjiciuntur, *diverſas in partes jaciuntur foci ignis*; *Vulg. habet*, accenſæ (tædæ ignis).

מֶלֶט *maſc. Unde cum præfix.* בַּמֶּלֶט, Jerem. 43. v. 9., in argilla, in cæmento, *ſive* luto, præ lubricitate *ex manibus, & ſub pedibus calcantium elabens, ut notat Joa. Simon. Sed Aq., Sym., Theod. reddunt*, in occulto, *Vulg.*, in crypta.

מַקֵּדָה Maceda , *nom. propr. urbis in Tribu Juda* , Joſ. 10. v. 10. , 15. v. 41.

מַקְהֵלוֹת Macclóth , *nom. propr. loci in deſerto* , Num. 33. v. 25.

מִקָּח *maſc.* ; מַקָּחוֹת *fœm. plur. Vide poſt* לָקַח *pag.* 612.

מקל *maſc.* Baculus , Jerem. 1. v. 11. *Conſtruct. in* Pathach , מַקַּל , Geneſ. 30. v. 37. , *quaſi a forma* מַקָּל . *Cum affix.* מַקְלוֹ baculum ſuum , 1. Samuel. 17. v. 40. , *abſque* Dageſch ; שְׁנֵי מַקְלוֹת duos baculos , Zachar. 11. v. 7.

מִקְלוֹת Macelloth , *nom. propr. viri* , 1. Paralip. 8. vv. 31. 32.

מָקוֹם , *&* מְקֹם *Vide poſt* קוּם .

מִקְנֶה *Vide poſt* קָנָה .

מִקְנֵיָהוּ Macenías , *nom. propr. Sacerdotis* , 1. Paralip. 15. vv. 18. 21.

מַקַּץ ; *Unde cum præfix.* בְּמָקַץ Maccés , *nom. propr. loci* , *aut oppidi in Tribu Dan* , 1. Reg. 4. v. 9.

מקק *Inuſit. Inde Niph.* נָמַק tabeſcere , contabeſcere , tabefieri : *Præter.* וְנָמַקּוּ & contabeſcent , Iſai. 34. verſ. 4. *Partic. plur.* אֲנַחְנוּ נְמַקִּים nos tabeſcimus , Ezech. 33. v. 10. *Futur.* וּלְשׁוֹנוֹ תִּמַּק & lingua cujuſque tabeſiet , Zach. 14. v. 12. *Plur.* יִמַּקּוּ , *&* *in pauſa* יִמָּקּוּ tabeſcent , contabeſcent , affligentur ; תִּמַּקְנָה *fœm.* tabeſcent , contabeſcent , affligentur : *Hiph.* הָמֵק בְּשָׂרוֹ tabefaciendo carnem cujuſque , Zach. 14. v. 12. ; *Vulg.* , *&* *alii ibidem vertunt* , tabeſcet caro eorum.

מַק *maſc.* Tabes , putredo , fœtor , Iſai. 3. v. 24. , *Sed cap.* 5. v. 24.

v. 24. *a Vulg. redditur* favilla : *Cum præfix.* כַּמֵּק ſicut tabes, ſicut favilla.

מְקֹר , מָקוֹר , *&c. Vide poſt* קור : מְקֹרָה *fœm. vide poſt* [illegible]
מְקָרֶה , *&* מִקְרֶה *vide poſt* קָרָה.

מֹקֵשׁ , *&* מוֹקֵשׁ ; *& plur. fœm.* מוֹקְשׁוֹת *Vide poſt* יָקֹשׁ. *Sed* בְּמִקְשָׁה *vide poſt* קָשָׁא.

מִקְשָׁה , מִקְשֶׁה *Vide poſt* קָשָׁה.

מַר Stilla, gutta : כְּמַר מִדְּלִי ſicut gutta è ſitula, Iſai. 40. v. 15. *Aliud* מַר , *& in pauſa* מָר *vide poſt* מָרַר.

מָרָא Extulit ſe, *vel* elatus fuit, in altum alas erigit : *Inde, ut quibuſdam videtur, partic.* מוֹרְאָה extollens ſe, Soph. 3. v. 1., *Alii referunt ad rad.* מרה : אמרא *vide in* אָמַר : *Aliud* מָרָא *vide in* מַר *poſt* מָרַר. *Hiph.* הַמְרִיא extulit ſe : *Futur.* תַּמְרִיא extollit ſe, Job. 39. v. 18., *& juxta Chaldæum,* volat ; *Vulg. habet,* alas erigit.

מֹרָא , מוֹרָא *&c. Vide poſt* יָרֵא : *Sed* מַרְאֶה *maſc., &* מַרְאָה, מַרְאָה *fœm. cum affix. vide poſt* רָאָה.

מְרִיא *maſc.* Saginatum, pingue, *quaſi* elevatum *dicas*, 2. Samuel. 6. v. 13. *Plur.* וְחֵלֶב מְרִיאִים & adipem pinguium, Iſai. 1. v. 11. *Cum affix.* מְרִיאֵיכֶם pinguium veſtrorum, Amos 5. v. 22. *Hebræi* bubalum *explicant*.

מָרֵא *maſc. Chald.* Dominus : וּמָרֵא מַלְכִין & dominus regum, Daniel. 2. v. 47. *In Targum ſæpè pro Hebræo,* בַּעַל *&* אָדוֹן, *dicitur* מָר *abſque* א *in fine* : *Cum affix.* מָרְאִי domine mi, Daniel. 4. v. 16., *cum* א *redundante, juxta Maſorethas*.

מְרֹאדַךְ Merodách, *nom. propr. regis Aſsyriorum*, Iſai. 39. v. 1.

מָרֵאשָׁה Mareſá, *nom. propr. civitatis Tribus Juda*, Joſ. 15. v. 44.

מוֹרָג *maſc.* Tribula, *antiqua ſcilicet* trahæ, *vel* vehiculi *quædam ſpecies, qua olim frumenta excutiebantur ; unde & illud Virgilii*, tribulaque, trahæque, & iniquo pondere roſtri : *Videatur Varro 1. de re Ruſt. cap. 52. Cum præfix.* לְמוֹרַג in tribulam, Iſai. 41. verſ. 15. *Plur.* וְהַמֹּרִגִּים & tribulæ, 2. Samuel. 24. v. 22. *Vide* חָרוּץ *in* חָרַץ.

מֵרַב Merób, *nom. propr. filiæ Saulis*, 1. Sam. 14. v. 49.

מְרִיב־בַּעַל Meribbáal, *nom. propr. filii Jonathan*, 1. Paralip. 8. verſ. 34.

מַרְבֶּה , מַרְבָּה , לְםַרְבֵּה *Vide poſt* רָבָה.

מְרִיבָה *fœm. Plur.* מְרִיבוֹת *vide poſt* רוב.

מרד Rebellavit ; *Conſtruitur cum Præpoſit.* ב ; & על : *Præter.* מָרַדְתָּ בִּי rebellaſti contra me, 2. Reg. 18. v. 20. *Particip. Plur. Conſtr.* בְּמֹרְדֵי־אוֹר inter rebellantes lucis, *id eſt*, adverſus lucem, Job. 24. v. 13. *Futur.* וַיִּמְרֹד עַל־אֲדֹנָיו & rebellavit contra dominum ſuum, 2. Paralip. 13. v. 6.

מֶרֶד *maſc.* Rebellio, Joſ. 22. v. 22. *Chald.* וּמְרַד & rebellio, Eſdr. 4. v. 19. *Et adjectivum fœmin.* קִרְיְתָא מָרָדְתָּא urbem rebellem, Eſdr. 4. v. 12.

מֶרֶד Méred, *vel* Méredh, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 4. v. 17.

מוֹרָד *maſc. Vide infra poſt* יָרַד.

מַרְדּוּת *fœm.* Rebellio, contumacia, 1. Samuel. 20. v. 30.

מָרוּד *maſc. Vide in* רוּד : *Plural.* מְרוּדִים exules, ejecti ut rebelles, Iſai. 58. v. 7. *Juxta Ab. Eſram* afflicti, & Mem *eſt radicale* : *Chaldæus habet*, vagi, exulantes. *R. Salomon deducit a* רוּד, *vide illic*.

מָרְדְּכַי Mardochái, & Mardochæus, *juxta Vulg.*, *nom. propr. virorum*, Eſdr. 2. v. 2., Eſth. 2. v. 5.

מרה Rebellis fuit, rebellavit : *Conſtruitur cum Præpoſit.* ב, & *cum Accuſativo* : *Quandoque ſignificationem a* מִיר & מָרַר *mutuatur* : *Præter* מָרָה אֶת־פִּי יְהוָה rebellavit contra os Domini, 1. Reg. 13. v. 26., מָרְתָה, & *in pauſa* מָרָתָה *fœm.* rebellavit, Hoſe. 14. v. 1., Jerem. 4. v. 17.; *Aliud vide ſuo loco inter nomina propria* ; מָרִיתָ rebellaſti, 1. Reg. 13. v. 21., מָרִיתִי rebellavi, Iſai. 50. v. 5., מָרוּ בָךְ rebellant in, *vel* contra te, Pſalm. 5. v. 11., מְרִיתֶם rebellaſtis, Num. 20. v. 24., וּמְרִיתֶם & rebellaveritis ; וּמָרִינוּ & rebellavimus, Thren. 3. v. 42. *Particip.* בֵּן סוֹרֵר וּמוֹרֶה filius contumax, & rebellis, Deut. 21. v. 18., מָרָה מְאֹד rebellis valdè, *juxta R. Levi*, 2. Reg. 14. v. 26. *Alii reddunt*, variam, mutabilem valdè, *quæ ſignificatio a* מִיר *petita* : *Alii*, amaram, *quod eſt a* מָרַר. *Aliud vide inter nomina* ; *Plur.* הַמֹּרִים rebelles, rebellantes, Num. 20. v. 10. *Infin. abſol.* מָרוֹ rebellando, Thren. 1. v. 20., *ubi* ו *eſt loco* ה. *Hiph.* הִמְרָה exacerbavit : rebellavit : mutavit. *Præter.* הִמְרוּ אֶת־רוּחוֹ exacerbarunt ſpiritum ejus, Pſalm. 106. v. 33. *Particip.* מַמְרִים rebelles fuiſtis, Deuter. 9. v. 7. *Infin.* לַמְרוֹת ad exacerbandum, Iſai. 3. v. 8. *Cum affix.* וּבְהַמְּרוֹתָם, Job. 17. v. 2., & in exacerbare eos, *ſive* & cum exacerbarent ipſi ; *Vulg.*

reddit,

reddit, & in amaritudinibus, *reſerebat ad* מָרַר. *Futur.* יַמְרֶה אֶת־פִּיךָ rebellaverit contra os tuum, Joſ. 1. v. 18., & *cum Apocopa*, וַתֶּמֶר & mutavit, Ezech. 5. v. 6., *Vulg. ibidem habet*, & contempſit; *Plur.* יַמְרוּ & exacerbarunt, Pſal. 78. v. 56. *Cum affix.* יַמְרוּהוּ exacerbaverunt eum, Pſal. 78. verſ. 40.

מָרָה Marah, *nom. propr. loci in deſerto*, Exod. 15. v. 23.

מְרָה *fœm.* Rebellio; *Inde duale* מְרָתַיִם, Jerem. 50. v. 21., rebelliones, *juxta Chaldæum*, & *Hebræos communiter*; *Aliis eſt* duplex rebellio, *aut* dupliciter, *hoc eſt*, maxime rebellantes; *Vulg. reddit*, (ſuper terram) dominantium, *a* מְרָא, *quod Chald. ſignificat* dominatus eſt. *Quibuſdam eſt nom. propr. loci in Aſſyria*.

מוֹרָה *maſc.* Novacula, *ſic dicta*, *quod radendo caput*, *vel faciem mutet*, Judic. 13. v. 5., & 16. v. 17., 1. Samuel. 1. v. 11. *Vide aliam ſignificationem in* יָרָא: *Conſtr.* מֹרַת *vide in* מָרַר.

מוֹרֶה, & מֹרֶה *Vide poſt* יָרָה.

מְרִי *maſc.* Rebellio, Prov. 17. v. 11. *Cum affix.* מֶרְיְךָ rebellionem tuam, Deuteron. 31. v. 27., בְּמִרְיָם rebellione ſua, Nehem. 9. verſ. 17.

מְרִי־בַעַל Meribáal, *idem ac ſupra* מְרִיב בַּעַל.

מוֹרִיָּה, & מֹרִיָּה Mória, *nom. propr. montis in urbe Jeruſalem*, Geneſ. 22. v. 2., 2. Paralip. 3. v. 1.

מְרָיָה Maraiá, *nom. propr. Sacerdotis*, Nehem. 12. v. 12.

מְרָיוֹת Meraióth, & Maraióth, *nom. propr. virorum*, 1. Paralip. 6. v. 6., 9. v. 11., Nehem. 12. v. 15.

מֵרוֹז Meróz, *nom. propr. civitatis*, *aut loci*, Judic. 5. v. 23.

מרח Contrivit, contudit: *Futur.* וְיִמְרְחוּ עַל־הַשְּׁחִין & contundant ſuper ulcus, *ideſt*, contuſos applicent, appingant, imponant in emplaſtro, Iſai. 38. v. 21., *LXX vertunt*, ἐ καταπλασαι, & cataplaſma adhibere; *Vulg. habet*, & cataplaſmarent.

מְרוֹחַ *maſc.* Attritus: מְרוֹחַ אָשֶׁךְ attritus, teſte, *qui* Thlibias *dicitur* ἀπὸ τοῦ θλίβειν ab atterendo, *Vulg. eſt* herniosus, Levit. 21 v. 20.

מרט Evulſit pilos, depilavit, glabravit: *Partic.* לְמֹרְטִים depilantibus, Iſai. 50. v. 6. *Hinc metaphoricè*, expoliare, extergere: *Partic. Pahul* מָרוּט; *unde f.* מְרוּטָה exterſus, *Vulg.* limatus, Ezech.

Ezech. 21. v. 9., Ibidem autem v. 33. *a LXX. redditur* eductus, ſtrictus; *a* [illegible]. lima te; *& in priore ſignificatione*, וְכָל־כָּתֵף מְרוּטָה & omnis humerus depilatus eſt, *id eſt*, nudatus, Ezech. 29. v. 18. *Infin.* לְמָרְטָה ad extergendum, Ezech. 21. v. 16. *Futur.* וָאֶמְרְטָה & evulſi pilos (capitis mei), Eſdr. 9. v. 3., וָאֶמְרְטֵם & glabravi eos, Nehem. 13. v. 25. *Niph. Futur.* יִמָּרֵט glabrum fiet, Levit. 13. verſ. 40., *Vulg. ibid. reddit*, fluunt capilli. *Pyh. Præter.* מֹרָטָה exterſus eſt, Ezech. 21. v. 10. *Partic. præſ.* וּמוֹרָט & depilatam., *a Vulg. redditur*, dilacerata, dilaceratus, Iſai. 18. vv. 2. 7. *Particip. Præter.* נְחֹשֶׁת מְמֹרָט ex ære exterſo, 1. Reg. 7. v. 45. *Chald. ex Pebil Præter. paſſivum*, מְּרִיטוּ evulſæ, depilatæ, Daniel. 7. verſ. 4.

מֹרֶךְ *maſc. Vide poſt* רָכַךְ.

מֵרוֹם Meróm, *nom. propr. loci*, Joſ. 11. vv. 5. 7. *Aliud* מָרוֹם, *&* מָרוֹם *vide poſt* רוּם.

מִרְיָם Miriám, *Vulg.* Maria, *nom. propr. ſororis Moyſi*, Exod. 15. v. 20., *item nom. propr. filii Eſræ*, 1. Paralip. 4. v. 17. *Sed cum præfix.* בַּמְּרִים *vide ſupra in* מְרִי.

מַרְמָה Marmá, *nom. propr. viri*, 1. Paralip. 8. v. 10.

מְרֵמוֹת Meremóth, *& juxta Vulg.* Merimúth, *&* Marimúth, *nom. propr. viri*, Eſdr. 10. v. 36.

מַרְמֵר *Unde Hiph. futur.* יְתַמַרְמֵר, *quod vide in* מָרַר.

מֵרֹנֹתִי Meronóthi; *& juxta Vulg.* Meronathites, *nom. gentile, ſeu familiæ Jadiæ, & Jadon*, 2. Paralip. 27. v. 30., Nehem. 3. verſ. 7.

מֶרֶס Máres, *nom. propr. viri*, Eſth. 1. v. 14.

מַרְסְנָא Merſaná, *nom. propr. viri*, Eſth. 1. v. 14.

מֵרַע, *& in pauſa* מֵרָע, מֵרֵעַ *Vide poſt* רוּעַ: *Sed* מַרְעָה, מַרְעִית *cum affix. vide poſt* רָעָה.

מַרְעֲלָה Meralá, *nom. propr. civitatis Tribus Zabulon*, Joſ. 19. verſ. 11.

מַרְפֵּה *maſc. cum* ה *loco* א *vide poſt* רָפָא.

מָרַץ *In Kal inuſit. Inde Niph.* נִמְרַץ roborari, acre, vehemens eſſe: *Præter.* מַה־נִּמְרְצוּ quam acres ſunt (ſermones recti), Job. 6. v. 25., *Vulg. ibidem in ſecunda perſona reddit*, detraxiſti; *legiſſe videtur* נִמְרְצִי detrahentes fuiſtis. *Partic. præſens* perditione נִמְרָץ acri, vehementi, Mich. 2. v. 10.

2. v. 10. *Fœm.* קְלָלָה נִמְרֶצֶת maledictione acerrima, 1. Reg. 2. v. 8. *Hiph. Futur.* יַמְרִיצְךָ robuſtum, vel acrem reddet te, Job. 16. v. 3., *Vulg. habet*, moleſtum eſt tibi; *Alii vertunt*, exacerbabit te.

מֵרוּץ *maſc.*, מְרוּצָה, *&* מְרֻצָה *fœm.* *Vide poſt* רוּץ.

מָרַק Terſit, expolivit: *Partic. Præter.* נְחֹשֶׁת מָרוּק ex ære terſo, 1. Paralip. 4. v. 16. *Imper.* מִרְקוּ tergite, Jerem. 46. v. 4. *Pyh. Præter.* וּמֹרַק & extergetur, *ſeu* defricabitur, Levit. 6. v. 21., תַּמְרוּק, *vel* תַּמְרִיק *cum affix.* *vide inter nomina.*

מָרָק *maſc.* Jus, *ſic dictum, quod in eo* defæcetur, *&* defricetur *caro*, Judic. 6. v. 20., *ubi ſcribitur cum* Pathach, *præter normam*: *Vide Kimchium*. *Conſtr.* וּמְרַק & jus, Iſai. 65. v. 4., *quomodo Masorethæ illic legendum docent, pro eo, quod in textu ſcribitur* וּפְרַק, *de quo vide in* פָּרַק.

מְרוּקִים *maſc. plur.* Mundationes: *Cum affix.* יְמֵי מְרוּקֵיהֶן dies mundationum ipſarum, Eſth. 2. v. 12., *Vulg. ibidem ſenſum expreſſit.*

תַּמְרוּק *maſc.* Mundatio, ſtrigilis, *quaſi* abſterſionem, *vel* abſterſorium *dicas*; *Aliis eſt*, mundus muliebris, pigmentum, aromata, Proverb. 20. v. 30., *ubi tamen Vulg. reddit*, abſterget. *Plur. Conſtr.* וּבְתַמְרוּקֵי & mundationes, Eſth. 2. v. 12., *Vulg. ibidem habet*, & aromatibus (uterentur). *Cum affix.* תַּמְרוּקֶיהָ munditias, *ſeu* mundum ejus, Eſth. 2. v. 9., *& juxta Vulg.*, mundum muliebrem.

מָרַר Amarus fuit: *Et per metaphoram, deſumptam a* bile, *iræ ſede*, exacerbatus eſt: *Præt. juxta quoſdam*, מַר לִי amarum eſt mihi, Ruth. 1. v. 13., *quod & quaſi nom. propr. quibuſdam aliis eſſe videtur*; *Fœm.* כִּי מָרָה נֶפֶשׁ nam amarus erat animus (totius populi), 1. Samuel. 30. verſ. 6. *Niph. Præter.* נָמַר, *vide in* מוּר, מִיר; *Vide etiam* נָמַר: *Futur.* יֵמַר amareſcet, Iſai. 24. verſ. 9., *pro* יִמַּר. *Pihel Futur.* אֲמָרֵר בַּבֶּכִי amaricabo, amaram reddam, *vel* edam *ſcil.* vocem in fletu, *& juxta Vulg.* amare flebo, Iſai. 22. verſ. 4., וַיְמָרְרוּ & amaram effecerunt (vitam eorum) *Vulg. habet*, atque ad amaritudinem perducebant, Exod. 1. v. 14. *Cum affix.* וַיְמָרְרֻהוּ amaritudine effecerunt eum, Gen. 49. v. 23., *ubi Vulg. reddit*, ſed exacerbaverunt eum,

Hiph.

Hiph. הֵמַר [illegible] amaritudine affecit, exacerbavit. *Præter.* הֵמַר נַפְשִׁי amaritudine affecit, replevit animam meam, amaritudinem, *id eſt*, mœrorem fecit, Job. 27. v. 2., Ruth 1. v. 20., מַמְרוֹרִים *vide inter nomina*: *Infin.* הָמֵר amaricare, amarè agere, amarè flère, Zachar. 12. v. 10. *Futur.* תַּמֵּר amarices, amaritudine afficias, exacerbes, Exod. 23. v. 21., *pro* תַּמֵּר ; תַּמְרוּרֵי *vide inter nomina. Hitph. Futur. ex geminata prima radicali*, וַיִּתְמַרְמַר & exacerbavit ſe, Dan. 8. verſ. 7.

מַר, *& in pauſa* מָר *maſc.* Amaritudo, amarum, Iſai. 5. v. 20., Proverb. 27. v. 7. *Et metaphorice* mœſtus, 1. Sam. 22. v. 2., Ezech. 3. v. 14. *Item* exacerbatus, iracundus, Habac. 1. v. 6. *Et adverbialiter*, acerbe, amare, Iſai. 33. v. 7., מַר לִי מַר amara mihi amaritudo, Iſai. 38. v. 17., מַר־הַמָּוֶת amaritudo mortis, 1. Samuel. 15. v. 32., *Cum præfix.* בְּמַר in amaritudine, Job. 7. verſ. 11., *&c.*, כְּמַר *vide ſupra in* מר *pag. 668.*, לְמַר in amarum, Iſai. 5. v. 20., *Plural.* מָרִים amaræ, Exod. 15. v. 23., לְמָרִים in amaras, *ſive* propter amaritudines, Num. 5. verſ. 24. *Conſtr.* מָרֵי נֶפֶשׁ, Judic. v. 18. 25., 2. Samuel. 18. v. 8., amari, exacerbati, concitati animo; לְמָרֵי, Proverb. 31. v. 6., mœſtis, *& juxta Vulg.*, his, qui amaro ſunt animo; *Fœmin.* מָרָה amara, Proverb. 5. v. 4. *Metaphorice* mœſtus, mœſta, conſternatus, Geneſ. 27. v. 34., 1. Samuel. 30. v. 6., Job. 21. verſ. 25., Eſth. 4. verſ. 1. *Et ſubſtantivè* amaritudo, 2. Samuel. 2. verſ. 26., *ubi Vulg. ſenſum ex multis expreſſit. Semel adverbialiter* amare, acerbe, Ezech. 27. v. 30. *Semel etiam cum* א *loco* ה, מָרָא amara, Ruth 1. verſ. 20. *Aliud* מָרָה *vide ſupra poſt Radic.* מָרָה. *Conſtr.* מָרַת נֶפֶשׁ amara animo, 1. Samuel. 1. v. 10. *Cum* Cholem *ab initio*, מֹרַת רוּחַ amaritudo ſpiritus, Geneſ. 26. v. 35., *Et* Cholem *correpto*, *&* ר, *juxta Maſorethas*, *dageſſato*, מָרַּת נַפְשׁוֹ amaritudinem animæ ſuæ, Prov. 14. v. 10., *ubi* ר *cum* Dageſch. *Plural.* יוֹשֶׁבֶת מָרוֹת, Mich. 1. v. 12., *a Vulg. redditur*, quæ habitat in amaritudinibus; *quibuſdam aliis hoc in loco* מָרוֹת *eſt nom. propr. loci in Tribu Juda*, *& ille forſan*, *cujus fit mentio* Joſ. 15. v. 59., *Unde vertunt*, habitatrix, *vel* habitans *plebs* in Maroth.

מֹר , מָר־מוֹר Myrrha, *vide ſupra poſt* מָר.

מֶמֶר *maſc.* Amaritudo, Proverb. 17. v. 25., LXX. , ὀδύνη *Vulg.* dolor ; *Theod.* πικρασμός exacerbatio.

מָרוֹר *maſc. Inuſit. in ſing. Inde plur.* מְרֹרִים , & מְרוֹרִים amaritudines, res amaræ, amara, herbæ amaræ, *ſive ut habent Vulg., aliique*, lactucæ agreſtes, Exod. 12. v. 8., Num. 9. v. 11., *Cum præfix.* בַּמְּרֹרִים amaritudinibus, Thren. 3. v. 15.

מְרוֹרָה *fœm.* Amaritudo; *Inde plur.* מְרֹרֹת , & מְרוֹרֹת amaritudines, Deuter. 32. v. 32., Job. 13. v. 26.

מְרֹרָה *fœm.* Fel, *ab* amaritudine *dictum* : *Conſtr.* מְרֹרַת פְּתָנִים fel aſpidum, Job. 20. v. 14. *Cum affix.* מִמְּרֹרָתוֹ è felle ejus, Job. 20. v. 25.

מְרֵרָה *fœm. Idem : Cum affix.* מְרֵרָתִי , Job. 16. v. 13., fel meum; *Vulgatus metonymia totius pro parte uſus reddit*, viſcera mea.

מְרִיר *maſc.*, *Et cum Jod quaſi gentilitio* מְרִירִי amarus, Deuter. 32. v. 24., *Sed* מְרָרִי, *vide infra. Hinc Plural. Conſtr. juxta quoſdam*, כִּמְרִירֵי יוֹם ſicut amaritudines diei, Job. 3. v. 5. *Sed vide in* כָּמַר *pag.* 555.

מְרָרִי Merari, *nom. propr. filii Levi*, Geneſ. 46. v. 11., &c.

מְרִירוּת *fœm. Idem : Cum præfix.* וּבִמְרִירוּת , Ezech. 21. v. 11., in amaritudine, in mœrore.

מַמְרוֹר *maſc. Inde plur.* מַמְּרֹרִים amaritudines, Job. 9. v. 18.

תַּמְרוּרִים *maſc. plur.* Amaritudines, luctus, fletus amarus, Jerem. 6. v. 26., 31. v. 15., Oſe. 12. v. 15. *Eadem dictio, quæ* Jerem. 31. v. 21. *occurrit, ab nonnullis recentioribus redditur*, columnæ, *vel* pyramides, in altum ſe ſe efferentes, *ſignificatione petita a* יָמַר extulit, *ut placet Joa Simoni; vel ut alii putant, a* חמר, *quod ſuo loco vide*; *Sed LXX., Chald., Vulg. interpretantur* amaritudines.

מוֹרָשׁ *maſc.* מוֹרָשָׁה, מוֹרֶשֶׁת *fœm. Vide ſupra poſt* יָרַשׁ *pag.* 502.

מָרֵשָׁה Mareſá, *nom. propr. virorum*, 1. Paralip. 2. v. 42., 4. v. 21., *Item nom. propr. civitatis Tribus Juda*, 2. Paral. 11. v. 8.

מוֹרַשְׁתִּי , & מֹרַשְׁתִּי Móraſctí, *Vulg.* Moraſthites, *nom. propr. vici in Tribu Juda*, Mich. 1. v. 1. Jerem. 26. v. 18.

מָרַת , מָרַת , מֹרַת *Vide ſupra in* מַר , & מֹרָה.

מָרָתָה *Idem ac* מָרָה, *ſed cum* ה *locali*, Maram uſque, Exod. 15. v. 23. *Eſt autem* Mara *nom. propr. loci in deſerto; ubi fuit quinta manſio filiorum Iſrael.*

מַשׁ Més, *nom. propr. filii Aram*, Geneſ. 10. v. 23.

מַשָּׂא, *&* מַשָּׂא *Vide infra poſt* נָשָׂא, *&* נָשָׁה. *Sed* מְשׁוּאָה; מַשָּׁאוֹן, *& plur.* מַשּׁוּאוֹת *vide poſt* שָׁאָה.

מַשָּׂא Maſsà, *nom. propr. filii Iſmaelis*, Geneſ. 25. v. 14.

מֵשָׁא Meſsá; *nom. propr. regionis, quæ a nonnullis in Arabia felice collocatur*, Geneſ. 10. v. 30.

מֵישָׁא Mosá, *nom. propr. viri*, 1. Paralip. 8. v. 9.

מִשְׁאָל Meſsál, *&* Masál, *nom. propr. civitatis Leviticæ in Tribu Aſſer*, Joſ. 19. v. 26., 21. v. 30.

מִישָׁאֵל Miſaél, *nom. propr. virorum*, Exod. 6. v. 22., Daniel, 1. v. 8., Nehem. 8. v. 4.

מֹשָׁב, מוֹשָׁב *maſc. Vide ſupra poſt* יָשַׁב: מְשֻׁבָה, מְשׁוּבָה *fœm. vide infra poſt* שׁוּב.

מְשׁוֹבָב Meſcóvav, *Vulg.* Moſobáb, *nom. propr. Principis*, 1. Paralip. 4. v. 34.

מַשִּׂיג *Vide infra in*, נָשַׂג.

מְשׁוּגָה *fœm.*, *Unde* מְשׁוּגָתִי *vide infra poſt* שָׁגַג.

משה Extraxit: *Præter. cum affix.* מְשִׁיתִהוּ extraxi, *ſive* tuli eum, Exod. 2. v. 10. *Hiph. Futur. cum affix.* יַמְשֵׁנִי extrahet, aſſumſit me, 2. Samuel. 22. v. 17., Pſalm. 18. verſ. 17.

מַשֵּׁה *Vide poſtea in* נָשָׁה.

מֹשֶׁה Moyſes, *nom. propr. filii Amran*, Exod. 2. v. 10.

מֶשִׁי; *Unde in pauſa* מֶשִׁי *m.*, Ezech. 16. vv. 10. 13., *a multis redditur* pannus ſericus, ſericum, *ſic dictum, quia in fila trahitur*; *Sed LXX eſt* pannus bombycinus; *Vulgatus* v. 10. *vertit* ſubtilia; *&* verſ. 13. *habet* polymitum; *ita & Sym.* πολύμιτον.

מוּשִׁי Musí, *nom. propr. viri*, Exod. 6. v. 19., 1. Paralip. 6. verſ. 19.

מְשֵׁיזַבְאֵל Meſezebél, *nom. propr. patris Barachiæ*, Nehem. 3. v. 4., *&c.*

משח Unxit, *ſive* oleo, *ſive* coloribus; *hinc ſemel* pinxit, Jerem. 22. v. 14. *Præter.* מָשַׁח אֹתוֹ unxit eum, Num. 35. v. 25. *Cum affix.* מְשָׁחֲךָ unxit te, 1. Samuel. 10. v. 1., Pſalm. 45. v. 8., מְשָׁחוֹ unxit eum, 2. Paralip. 22. v. 7., וּמְשַׁחְתּוֹ & unges eum, 1. Samuel. 9. v. 16., מְשַׁחְתִּיךָ unxi

te; מְשַׁחְתִּיו unxi eum: *Particip. Ben. plur.* מֹשְׁחִים ungentes, Judic. 9. v. 15. *Partic. Paul.* וּמָשׁוּחַ & unctus, 2. Samuel. 3. v. 39., *Plur.* מְשֻׁחִים uncti: *Infin.* מָשׁוֹחַ pingendo, *ſcil.*, pinxit, pingit, Jerem. 22. v. 14. *Aliis eſt nomen verbale*, pinctus, pinctum; *Cum præfix.* לִמְשֹׁחַ, Judic. 9. v. 8., *& cum* ה *parago.* לְמָשְׁחָה, Exod. 29. v. 29., ad ungendum; *Cum affix.* לִמְשָׁחֲךָ ad ungendum te; מָשְׁחוֹ ungere eum, Levit. 7. v. 36. *Imperat. cum affix.* מָשָׁחֵהוּ unge eum, 1. Samuel. 16. v. 12., *Plural.* מִשְׁחוּ ungite, Iſai. 21. v. 5., *ubi Chald. habet*, tergite, & nitida reddite; *Vulg.*, arripite; *Futur.* תִּמְשַׁח, 1. Reg. 19. v. 16., *& in pauſa* תִּמְשָׁח, Exod. 30. v. 30., unges; יִמְשַׁח unget, Levit. 16. verſ. 32., וַיִּמְשַׁח & unxit, Levit. 8. v. 10., *&c.*, *Cum affix.* וַיִּמְשָׁחֲךָ & unxit te, 1. Samuel. 15. v. 17., וַיִּמְשָׁחֵם, & unxit eos, Num. 7. v. 11., *Plur. maſc. in pauſa* יִמְשָׁחוּ ungent, Amos 6. v. 5., וַיִּמְשְׁחוּ & unxerunt, 2. Samuel. 2. v. 4., 5. v. 3., *&c.*, *Cum affix.* וַיִּמְשָׁחֻהוּ & unxerunt eum, 2. Reg. 11. v. 12., 2. Paralip. 23. v. 11. *Niph. Præter.* כִּי־נִמְשַׁח quod unctus eſſet, 1. Paralip. 14. v. 8. *Infin.* בְּיוֹם הִמָּשַׁח אֹתוֹ in die ungi illud, *id eſt*, quo unctum fuit, Num. 7. verſ. 10. *Vide*, *quæ ſequuntur*.

מְשַׁח *Chald.* Oleum, *ab* ungendo, *quaſi* unguentum *dictum*, Eſdr. 6. v. 9.

מָשִׁיחַ *maſc.* Unctus, *dicitur tam de* re, *ut* 2. Sam. 1. v. 21., *quam de* perſona, *ut* Levit. 4. vv. 3. 5. 16. *Hinc* Meſsias, *& græce* Chriſtus, *ſic dictus*, *quod is verè eſſet ille*, *quem* uncti *reges*, *& ſacerdotes in Vet. Teſt. repræſentarent*, Daniel. 9. vv. 25. 26. *Conſtr.* מְשִׁיחַ יְהוָה unctus Domini, 1. Samuel. 24. verſ. 7., בִּמְשִׁיחַ in unctum, 1. Samuel. 26. vv. 9. 11. 23., לִמְשִׁיחַ uncto, 1. Samuel. 24. v. 6. *Cum affix.* מְשִׁיחִי unctus meus, 1. Samuel. 2. v. 35., לִמְשִׁיחִי uncto meo, Pſal. 132. v. 17., מְשִׁיחוֹ unctus ejus, 1. Samuel. 2. v. 10. *Plural. cum præfix.*, *& affix.* בִּמְשִׁיחָי unctos meos, Pſalm. 105. v. 15.

מִמְשַׁח *maſc.* Unctio, *vel metonymice* unctus: מִמְשַׁח הַסּוֹכֵךְ, Ezech. 28. v. 14., (cherub) unctio, *vel* unctus protegens, *hoc eſt*, conſtitutus ad protegendum; *Vulg. vertit*, extentus, *nempe alis*, & protegens.

מִשְׁחָה *fœm.* Unctio, Exod. 30. v. 21. *Conſtruct.* מִשְׁחַת קֹדֶשׁ unctionis

ctionis ſacræ, Exod. 30. verſ. 25. *Aliud vide poſt* שָׁחַת.

מְשְׁחָה *ſem. Idem. Cum aſſix.* מְשְׁחָתָם unctio eorum, Exod. 40. v. 15. *Vide aliud infra poſt* שָׁחַת.

מַשְׁחֵת, מִשְׁחַת, מַשְׁחִית, מַשְׁחִית, *&c. Vide infra poſt* שָׁחַת.

מָשַׁךְ *Significat*: I. Traxit, abſtraxit, extraxit, protendit, protraxit, *ſive* prolongavit: II. Progreſſus eſt, ivit, contendit *aliquò, deſumta locutione, ut notat Joa. Simon, vel a* veſtibus *Orientalium* longioribus, *quæ inter eundum* trahebantur, *vel ab* inceſſu *reptilium*: *Conſtruitur cum Accuſat.*, *& Præpoſit.* עַל, ב, *&* ל. *Præterit.* מָשַׁךְ בַּקֶּשֶׁת traxit arcu, *id eſt*, jaculatus eſt, 1. Reg. 22. verſ. 34., 2. Paralip. 18. v. 33., *Vulg.*, *& alii reddunt*, tetendit arcum, ut ſagittam jaceret; מָשַׁךְ יָדוֹ אֶת־לֹצְצִים, Oſee. 7. v. 5., attraxit manu ſua irriſores, *ſcil. in ſocietatem*; *Vulg. habet*, extendit manum ſuam cum illuſoribus; וּמָשַׁכְתִּי אֵלֶיךָ & traham, & adducam ad te, Judic. 4. v. 7. *Cum affix.* מְשַׁכְתִּיךְ attraxi te, Jerem. 31. v. 3., וּמָשַׁכְתָּ & proficiſcere, Judic. 4. v. 6., *Vulg. ibidem ſenſum expreſſit. Partic.* מֹשֵׁךְ חָסֶד protendens, extendens miſericordiam, *Vulg. reddit*, adjutor, Pſalm. 109. v. 12., *Cum præfix.* בְּמֹשֵׁךְ הַזָּרַע, Amos 9. v. 13., in protendentem, *ſive* mittentem ſemen, *hoc eſt*, tractim ſpargentem ſemen; *Plur.* מֹשְׁכִים בְּשֵׁבֶט, Judic. 5. v. 14., trahentes, tractantes calamum, *ſive* ſtylum (ſcribæ); *Alii vertunt*, attrahentes virga, *ſive* baculo, ſceptro numerantis, *ſcil.* milites; *Vulg. habet*, qui exercitum ducerent ad bellandum: *Conſtr.* מֹשְׁכֵי trahentes, Iſai. 5. v. 18., *ſed* מֹשְׁכֵי קֶשֶׁת tendentes ſagittam, arcum, Iſai. 66. v. 19., *Fœm. plur.* מוֹשְׁכוֹת כְּסִיל תְּפַתֵּחַ, Job. 38. verſ. 31., *quo in loco varii ſunt Interpretes*; *Græci vertunt*, ἢ φραγμὸν Ὠρίωνος ἤνοιξας & ſeptum Orionis aperuiſti? *Pagnini habet*, conſtrictiones Orionis aperire, *vel* ſolvere potes? *Joa. Simon exponit*, trahentes, tractrices Orionis, *addiditque*, *illas eſſe* ſtellas, *fortaſſis in ſidere aurigæ conſtitutas*, *quæ*, Orioni *proximæ*, *eum veluti* trahere *videntur*; *tandem Vulg.*, *aliique reddunt*, gyrum Arcturi poteris diſſipare? *Infin. cum præfix.* בִּמְשֹׁךְ, Exod. 19. v. 13., Joſ. 6. v. 5., in protrahendo, *ſive* prolongando, *id eſt*, dum prolongat, *vel* prolongatur (buccinæ ſonus); *Vulg.*, *reddit*, cum cœperit clangere (buccina);

cina), *&* cum inſonuerit (vox tubæ) longior atque conciſior; לִמְשׁוֹךְ בַּיַּיִן אֶת־בְּשָׂרִי, Eccleſ. 2. [illegible], ad abſtrahendum, ut abſtraherem a vino carnem meam, *ita Vulgat.*, *aliique*: *Nonnulli contra vertunt*, ut protraherem vino, *id eſt*, abunde explerem, oblectarem in convivio vini carnem meam, *ſcil.* ut lætarer; *Cum affix.* בְּמָשְׁכוֹ, Pſalm. 10. v. 9., dum trahit, *ſive* attrahit eum; *Imperat.* מְשֹׁךְ חַסְדְּךָ לְיֹדְעֶיךָ protende benignitatem tuam erga cognoſcentes te, Pſalm. 36. v. 11. *Cum affix.* מָשְׁכֵנִי trahe me, Cantic. 1. verſ. 4., *Plural. maſc.* מִשְׁכוּ ite, abite, Exod. 12. verſ. 21. *Futur. cum affix.* אֶמְשְׁכֵם traham eos, Oſe. 11. v. 4., תִּמְשֹׁךְ trahes, extrahes, Job. 40. verſ. 25., *Item* protrahes; prolongabis, extendes, Pſalm. 85. v. 6., וַתִּמְשֹׁךְ & protraxiſti, Nehem. 9. v. 30., *Cum affix.* תִּמְשְׁכֵנִי trahas me, Pſal. 28. v. 3., יִמְשׁוֹךְ trahet, trahit, Job 21. v. 33., *Sed* וַיִּמְשֹׁךְ, Judic. 20. verſ. 37., & protraxit; *alii habent*, & progreſſus eſt, ivit, contendit; *Vulg. vertit*, & ingreſſi ſunt; *Plural.* וַיִּמְשְׁכוּ & extraxerunt, Geneſ. 37. v. 28., Jerem. 38. v. 13. *Niph. Futur.* לֹא תִמָּשֵׁךְ non protrahetur, Ezech. 12. verſ. 28., *Plur. in pauſa*, לֹא יִמָּשֵׁכוּ non prolongabuntur, Iſai. 13. v. 22., *Pyh. Particip.* עַם מְמֻשָּׁךְ populus diſtractus, *Vulg.*, divulſus, Iſai. 18. vv. 2. 7. *Fœm.* תּוֹחֶלֶת מְמֻשָּׁכָה ſpes protracta, *Vulg. habet*, quæ differtur, Proverb. 13. verſ. 12.

מֶשֶׁךְ *maſc.* Protractio, prolongatio, Pſalm. 120. verſ. 5., *ubi Vulgat. reddit*, prolongatus eſt (incolatus); *& juxta quoſdam alios adverbialiter*, protracte, *hoc eſt*, protracto tempore, diu; *Sed* Pſal. 126. v. 6., מֶשֶׁךְ־הַזָּרַע *vertitur ab Hieron.*, ſementis ad ſeminandum; *ab LXX.*, *& Vulgat. ſimpliciter* ſemina ſua; *ab Pagnini*, pretioſum ſemen; *ab aliis*, tractio ſeminis, *id eſt*, ſemen, quod tractim ſpargitur, *ſive* pretium, acquiſitio ſeminis, *h. e.*, ſemen pretio *vel* prece acquiſitum: *Item* וּמֶשֶׁךְ חָכְמָה מִפְּנִינִים, Job. 28. v. 18., *varie redditur*; *LXX. ſunt interpretati*, & trahe, *ſive* & extrahe ſapientiam præ penitiſſimis; *Vulg.*, trahitur autem ſapientia de occultis; *ab Aquil. redditur*, res autem grata, *ſive* jucunda ſapientia præ ſpectatiſſimis gemmis; *ab aliis tandem*, & tractus, & extractio, *ſive* acquiſitio ſapientiæ præ marga-

ritis,

ritis, *videl.* melior eſt acquiſitio ſapientiæ, *vel* melius eſt trahere, acquirere ſapientiam, quam margaritas.

מֶשֶׁךְ Méſcech, *Vulg.* Mosóch, *nom. propr. filii Japhet*, Geneſ. 10. v. 2. *Ab eo dicta eſt regio* Mosóch, Ezech. 27. v. 13., *&c.*, *quæ Joſepho*, *&* *S. Hieron. eſt* Cappadocia, *aliis* Italia: *Item nom. propr. filii Sem*, 1. Paralip. 1. v. 17.

מֵישַׁךְ Misách, *cognomen Miſaelis*, Dan. 1. v. 8.

מַשְׂכָּה; *Inde*, *ut quibuſdam placet*, מַשְׂכִּים, *quod varie exponitur*; *ſed hoc ipſum vide in* שכם.

מְשׂוּכָה, *&* מְשֻׂכָה *Vide infra poſt* שׂוּךְ.

מַשְׂכֹּרֶת, *&* מַשְׂכִּית *Vide infra poſt* שָׂכָה.

מָשַׁל Dominatus eſt, dominium habuit, *vel* exercuit, *& ſic conſtruitur cum* עַל, *&* ב: *Et quia omnis ſermo* figuratus *in oratione* eminet, *& quaſi* dominatur, *ſæpeque* comparationem *includit*; *hinc altera ejuſdem verbi* מָשַׁל *ſignificatio*, *videl.* parabolicè locutus eſt, parabolis, proverbiis uſus eſt: *Item* æquiparavit, comparavit, aſſimilavit: *Præter.* וּמָשַׁלְתָּ בְּגוֹיִם רַבִּים & dominaberis gentibus multis, Deuter. 15. v. 6. *Particip.* וּמֹשֵׁל & dominans, dominator, princeps, Geneſ. 45. v. 8., *&c.*, *item* parabolice loquens, parabola utens, proverbium dicens, Ezech. 16. verſ. 44., *Fœm.* מֹשְׁלָה dominatrix, *Vulg. habet*, dominabitur, Iſai. 40. v. 10., *Cum affix.* וּמֹשְׁלוֹ, & dominator ejus, & princeps ejus, Jerem. 30. v. 21., *Plural.* מֹשְׁלִים dominatores, dominantes, Judic. 14. v. 4., *&c.*, *item* parabolice loquentes, Num. 21. v. 27., Ezech. 18. v. 2. *Conſtr.* מֹשְׁלֵי, *& cum affix.* מֹשְׁלָו, Iſai. 52. v. 5., dominatores ejus. *Infin.* מָשׁוֹל, Gen. 37. v. 8., *&* מְשֹׁל, Judic. 9. v. 2., Prov. 19. v. 10., dominando, dominari; *item* parabola uti, parabolice loqui, *id eſt*, aſſumere parabolam, uti tali proverbio, Ezech. 18. v. 3., (*Vide aliud in Imper.*); *Cum præfix.* ה *interrog.* הֲמְשֹׁל an dominari? an ut dominentur? Judc. 9. v. 2.; וּבִמְשֹׁל, & in dominari, & cum dominantur, *Vulg. habet*, cum ſumpſerint principatum, Proverb. 29. v. 2., לִמְשֹׁל, *&* לִמְשׁוֹל, *& ſequente* Makkaph, לִמְשָׁל־, *ut* Joel. 2. v. 17., ad dominandum, Geneſ. 1. v. 18., Ezech. 19. v. 14., *item* ut parabolice loquantur (populi); *vel* in parabolam, *id eſt*, ut ſim in parabolam (populis); *Vulgat. habet*, in prover-

bium (vulgi), Job. 17. v. 6., *Cum affix.* מָשְׁלוֹ dominari, dominium, poteſtas ejus, Job. 41. v. 24. Zach. 9. v. 10., כְּמָשְׁלוֹ ſecundum dominium, *ſive* potentiam illius, Dan. 11. v. 4. *Imper.* וּמְשֹׁל utere parabola, proverbio, Ezech. 17. v. 2., 24. v. 3., *& ſequente* Makkaph, מְשָׁל־ dominare, Judic 8. v. 22. *Futur.* אֶמְשֹׁל dominabor; תִּמְשֹׁל dominaberis, Geneſ. 37. v. 8. יִמְשׁוֹל, יִמְשֹׁל, *&* יִמְשָׁל־ dominabitur, poteſtatem habebit, Geneſ. 3. v. 16., Exod. 21. v. 8., *&c.*; *item* parabola, proverbio utetur, Ezech. 16. v. 44., תִּמְשׁוֹל dominabitur, Prov. 12. v. 24., *Plur.* יִמְשְׁלוּ, *& in pauſa* יִמְשֹׁלוּ dominabuntur, Deuter. 15. v. 6., *&c.*, *Item* parabola utentur, Ezech. 12. v. 23. *Niph.* נִמְשַׁל comparatus, ſimilis, conſimilis factus eſt: *Præter.* נִמְשַׁל ſimilis fit, Pſal. 49. v. 13., נִמְשַׁלְתָּ ſimilis factus es, Iſai. 14. v. 10., וְנִמְשַׁלְתִּי & conſimilis fiam, Pſal. 28. v. 1. *Pih. Particip.* מְמַשֵּׁל parabolarum artifex, *quaſi dicas* proverbificator, Ezech. 20. v. 49., *Vulg. ibidem reddit*, per parabolas loquitur: *Vide etiam inter nomina. Hiph.* הַמְשִׁיל dominari, *vel* dominatorem fecit: comparavit, aſſimilavit: *Præter. cum affix.* הִמְשִׁילָם dominatores eos faciet, Dan. 11. v. 39. *Infin. loco Nominis*, הַמְשֵׁל וָפַחַד dominari, & formido, *hoc eſt*, dominatus formidabilis, Job. 25. v. 2., *Sed ab Aq.*, *Theod.*, *& Vulg. redditur*, & poteſtas, & terror, *ſive* pavor. *Futur. cum affix.* תַּמְשִׁילֵהוּ dominatorem conſtituiſti eum, Pſalm. 8. v. 7., *Plural. cum affix.* תַּמְשִׁילֻנִי comparabitis me, Iſai. 46. v. 5. *Hithp. Futur.* וָאֶתְמַשֵּׁל, & comparavi, aſſimilavi me, & ſimilis mihi viſus ſum, & aſſimilatus ſum, Job. 30. v. 19.

מָשָׁל *maſc.* Similitudo, parabola, proverbium, ſententia, *ſcitè, graviterque dicta, & paucis concinnata*; *& in genere, ut notat Guarin, omnis ſermo* figuratus, *& interdum* metaphoricus, *in oratione veluti* dominans, *ac* præcellens: *Cum præfix.* לְמָשָׁל in parabolam: *Conſtruct.* מְשַׁל הַקַּדְמֹנִי proverbium antiqui, *pro* antiquorum, 1. Sam. 24. v. 14. *Cum affix.* מְשָׁלוֹ ſententiam ſuam, Num. 23. v. 18. *Vide etiam ſupra in ipſo verbo. Plural.* מְשָׁלִים parabolæ, ſententiæ, Eccleſ. 12. v. 9. וְלִמְשָׁלִים & in parabolas, Ezech. 14. v. 7. *Conſtr.* מִשְׁלֵי שְׁלֹמֹה proverbia Salomonis, Proverb. 1. v. 1., *Sed* Job. 13. v. 12., ſimilitudines, *& Vulg. reddit*, comparabitur.

מָשָׁל Maſál, & Meſsál, *nom. propr. civitatis in Tribu Aſser*; 1. Paralip. 6. v. 74.

מֹשֶׁל *maſc.* Dominatio, dominium, poteſtas, Dan. 11. vv. 5., *Plural.* מֹשְׁלִים dominationes, dominatores, præſides, 1. Paralip. 26. v. 6.

מֶמְשָׁלָה *fem.* Dominium, dominatus, dominatio, præfectura, ditio, Mich. 4. v. 8., מֶמְשֶׁלֶת dominium, poteſtas; Jerem. 34. v. 1. *Conſtr.* לְמֶמְשֶׁלֶת הַיּוֹם ad præfecturam, *vel* dominium diei, Geneſ. 1. v. 16., Pſalm. 136. v. 8. *Cum affix.* מֶמְשַׁלְתּוֹ dominatus ſui, 1. Reg. 9. verſ. 19. *Plur. Conſtr.* לְמֶמְשְׁלוֹת בַּלָּיְלָה ad dominia noctis, Pſal. 136. v. 9., & *cum* Pathach *ab initio*, מַמְשְׁלוֹתָיו dominiorum illius, Pſal. 114. v. 2.

מְשֻׁלָּם Meſſulám, & Meſollám, *nom. propr. virorum*, 2. Reg. 22. v. 3., &c.

מְשֶׁלֶמְיָה Meſelemiá, *nom. propr. viri*, 1. Paralip. 9. v. 21.

מְשֶׁלֶמְיָהוּ Meſcelemiáu, *Vulg.*, Moſollamiá, *nom. propr. viri*, 1. Paralip. 26. v. 1.

מְשֻׁלֶּמֶת Meſſalémeth, *nom. propr. matris Amon regis Juda*, 2. Reg. 21. v. 19.

מְשִׁלֵּמוֹת Moſollamóth, *nom. propr. viri*, 2. Paralip. 28. v. 12.

מְשִׁלֵּמִית Moſollamíth, *nom. propr. viri*, 1. Paralip. 9. v. 12.

מִשָּׁם *Dictio compoſita, quam vide poſtea in* שָׁם.

מְשַׁמָּה *fem. Vide infra poſt* שָׁמֵם.

מִשְׁמַנָּה Maſmaná, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 12. v. 10.

מִשְׁמָע Maſmá, *nom. propr. filii Iſmaelis*, Geneſ. 25. v. 14.

* יְמַשְּׁנִי, הֲיָמִשְׁנִי *Vide in* מוּשׁ. *

מְשִׁסָּה *fem. Vide infra poſt* מָסַס.

מֵישָׁע Méſa, *nom. propr. virorum*, 2. Reg. 3. v. 4., 1. Paralip. 2. verſ. 42.

מִשְׁעָם Miſaám, *nom. propr. filii Elphaal*, 1. Paralip. 8. v. 12.

מִשְׁפָּט Miſphát, *nom. propr. fontis, qui etiam* Cades *vocabatur, in deſerto ejuſdem nominis, terram promiſſionis inter, Arabiam, & Ægyptum*, Geneſ. 14. v. 7.

מָשַׁק *Radix Hebræis inuſit.*, *ſenſum autem* poſſidendi *habuiſſe, videtur Joa. Simoni; Aliis tamen eſt*, reliquit, dereliquit. *Inde* מִמְשָׁק *maſc.* derelictio, locus derelictus, *qui coli intermiſſus eſt, & ſterilis evaſit. Conſtr.* מִמְשַׁק חָרוּל locus derelictus urticæ, Soph. 2. v. 9., *ita in Targum exponitur*

nitur מְשַׁמָּה locus derelictus; *Sed a Vulg. redditur* ſiccitas ſpinarum.

מֶשֶׁק, *&* מַשָּׁק *maſc. Vide infra poſt* שָׁקַק: *Sed* מַשְׁקֶה *vide poſt* שָׁקָה.

מָשׁוֹר *maſc. Vide poſt* נָשַׂר: מְשׂוּרָה *fem. poſt* שׁוּר: מִשְׂרָה, *&* מְשָׂרָה *poſt* שָׂרָה ſolvit, *&c.*, *&* *poſt* שָׂרָה principem geſſit, *&c.*

מִישׁוֹר, *&* מִישֹׁר *Vide ſupra poſt* יָשַׁר.

מִשְׁרָעִי Maſereí, *nom. propr. viri*, 1. Paralipom. 2. v. 53.

מִשְׂרְפוֹת, *&* מִשְׂרְפֹת Maſerephóth, *nom. propr. loci ultra Sidonem in finibus Tribus Aſer*, Joſ. 11. v. 8., 13. v. 6.

מַשְׂרֵקָה Maſrechá, *nom. propr. loci, aut civitatis*, Gen. 36. v. 36.

מָשַׁשׁ Palpavit, contrectavit: *Futur. cum affix.* וְאֲמֻשְׁךָ, Geneſ. 27. verſ. 27. *Vide ſupra in* מוּשׁ; יְמֻשֵּׁנִי palpabit me, Geneſ. 27. v. 12., וַיְמֻשֵּׁהוּ & palpavit eum, Gen. 27. v. 22. *Pih. Præter.* מִשַּׁשְׁתָּ contrectaſti, & ſcrutatus es, Geneſ. 31. v. 37. *Particip.* מְמַשֵּׁשׁ palpans, Deuter. 28. v. 29., *Futur.* יְמַשֵּׁשׁ palpabit, Deuter. 28. v. 29., וַיְמַשֵּׁשׁ & ſcrutatus eſt, & contrectavit, Gen. 31. v. 24., *Plural.* יְמַשְׁשׁוּ palpant, palpabunt, Job. 5. v. 14., 12. v. 25. *Hiph.* הֵמִשׁ; *inde Imperat. cum affix.* וַהֲמִשֵׁנִי fac palpare, contrectare, tangere me, Judic. 16. v. 26. *Futur.* וְיָמֵשׁ & palpet, Exod. 10. v. 21., *Vulg. habet*, ut palpari queant; *Plural. cum Nun paragog.* יְמִישׁוּן palpabunt, Pſal. 115. v. 7.

מָשׂוֹשׂ *maſc. Vide infra poſt* שׂוּשׂ.

* לְמֵתָא *Vide ſupra in* אָתָה *pag.* 78.

מֶתֶג *maſc.* Frænum, camus, Prov. 26. v. 3. *In quibuſdam locis* מֶתֶג frænum *metaphorice accipitur pro* gubernatione, *&* vinculis, *quibus homines* coercentur, *&* mitigantur: *ut* וַיִּקַּח דָּוִד אֶת־מֶתֶג הָאַמָּה, 2. Sam. 8. v. 1., & tulit David frænum tributi, *juxta Vulg. Alii exponunt*, & tulit David frænum aquæductus (de manu Peliſtim), *id eſt*, *occupavit David urbem qua contineret Palæſteos in officio, ut ſe commovere non poſſent, tamquam ſi frænaſſet, & conſtrinxiſſet brachia eorum. Ea autem urbs, ut patet ex* 1. Paralip., *erat* Gath, *ſita in aditu Palæſtinæ verſus Septentrionem*, בְּמֶתֶג in fræno, *ſive* camo, Pſal. 32. v. 9. *Cum affix.* וּמִתְגִּי & frænum meum, 2. Reg. 19. v. 28., Iſai. 37. v. 29.

מתה *Radix Hebræis inuſit. Inde eſt plur. maſc.* מְתִים, *&* מְתֵם homines : *Nomen generale, ſcribit Kimchi in Comm., complectens viros, mulieres, & parvulos :* אֶת־כָּל־עִיר מְתִם omnem civitatem hominum, Deuter. 2. v. 34., 3. v. 6. *Aliud cum* Tzere מֵתִים *vide in* מות *pag.* 630., 631. *Cum præfix.* מִמְתִים ab hominibus, *Vulg.*, ab inimicis, Pſalm. 17. v. 14. *Conſtruct.* עִם־מְתֵי־שָׁוְא cum hominibus mendacibus, Pſalm. 26. v. 4., *Cum præfix.* בִּמְתֵי מְעָט, Deuter. 26. v. 5., 28. verſ. 62., cum viris paucitatis, *id eſt*, paucis, *Vulg. habet*, in pauciſſimo numero; *Cum affix.* מְתַיִךְ, homines, *ſive* viri tui, Iſai. 3. v. 25., מְתָיו מִסְפָּר, Deuter. 33. v. 6., (& ſit) hominum, *ſive* virorum ejus numerus, *id eſt*, ſint pauci, qui facile numerari queant; *Vulg. vertit*, (& ſit) parvus in numero. *Vide ſupra* מות, מָוֶת, *& quæ ſequuntur.*

מֵתָה *fœm.*, *&* מֵת Mortuus, mortua, *vide in Præter. Kal verbi* מות : מוֹת mors, *vide in* מָוֶת *pag.* 632. *Sed* אֵימָתָה *vide ſupra in* אֵימָה.

מתי Quando ? מָתַי יָמוּת וְאָבַד שְׁמוֹ quando morietur, & peribit nomen ejus ? Pſalm. 41. verſ. 6. *Item abſque Interrog.*, quando, cum, *ut* מָתַי תָּבוֹא אֵלָי אֶתְהַלֵּךְ בְּתָם־לְבָבִי quando, cum venies, *ſive* veneris ad me, ambulabo in integritate, in innocentiâ cordis mei, Pſalm. 101. v. 2. *Cum præfix.* לְמָתַי אַעְתִּיר לְךָ וְלַעֲבָדֶיךָ וּלְעַמְּךָ quando, intra quod tempus ſupplicabo, deprecabor pro te, & pro ſervis tuis, & pro populo tuo ? Exod. 8. v. 9. *Et cum particulis ſeparabilibus*, אַחֲרֵי מָתַי עֹד poſt quando adhuc, *id eſt*, poſt quantum ad huc temporis, quando demum ? Jerem. 13. v. 27., עַד־מָתַי quouſque, uſquequo ? Pſalm. 80. v. 5., עַד־מָתַי אַתָּה לֹא־תְרַחֵם אֶת־יְרוּשָׁלִַם quandiù, uſquequò tu non miſereberis Jeruſalem ? Zachar. 1. v. 12., עַד־מָתַי קֵץ הַפְּלָאוֹת uſquequò, quando (erit) terminus horum mirabilium ? Daniel. 12. v. 6.

מתח Extendit : *Futur. cum affix.* וַיִּמְתָּחֵם & extendit eos, Iſai. 40. v. 22. *Hinc eſt, quod ſequitur*,

אַמְתַּחַת *fœm.* Saccus, Geneſ. 44. v. 2. *ſic dictus, quod implendo extendatur : Cum præfix.* בְּאַמְתַּחַת in ſacco, Geneſ. 44. v. 12., *Cum affix.*, *& præfix.* בְּאַמְתַּחְתִּי in ſacco meo, Geneſ. 42. v. 28. אַמְתַּחְתּוֹ ſacci ſui, Gen. 42. v. 27. *Plural. Conſtr.*

אַמְתְּחֹת

אַמְתְּחֹת הָאֲנָשִׁים ſaccos virorum, Geneſ. 44. v. 1. *Cum affix.* אַמְתְּחֹתֵינוּ ſaccorum noſtrorum, Geneſ. 44. v. 8., בְּאַמְתְּחֹתֵינוּ in ſaccos noſtros, Gen. 43. vv. 18. 22., בְּפִי אַמְתְּחֹתֵיכֶם in ore ſaccorum veſtrorum, Geneſ. 43. v. 12., בְּאַמְתְּחֹתֵיכֶם in ſaccis veſtris, Geneſ. 43. v. 23.

מִתּוֹךְ *Dictio compoſita, quam vide infra in* תָּוֶךְ.

מְתָם *maſc.* Homo: מֵעִיר מְתֹם à civitate hominis, Judic. 20. v. 48., *pro*, ab hominibus civitatis, *per Hypallagen. Vide etiam infra poſt* חמם. *Sed* מְתָם *&c. vide ſupra in* מָוֶת.

מְתִים; מְתִם *Vide ſupra in* מְתָה.

מתן *Radix Hebræis inuſit. Sed Chald.* humidus fuit; *Arab.* firmus, validus fuit. *Inde ſunt*

מָתְנַיִם, *& in pauſa* מָתְנָיִם *maſc. d.* Lumbi, uterque lumbus, *a* firmitate, *&* robore *ſic appellatus*, Deuter. 33. verſ. 11., Proverb. 31. verſ. 31., *&c. Cum præfix.* מִמָּתְנַיִם a lumbis; *Conſtruct.* מָתְנֵי־אִישׁ lumbis viri, Jerem. 13. v. 11., מִמָּתְנֵי præ lumbis. *Cum affix.* מָתְנַי, *& in pauſa* מָתְנָי lumbi mei; Iſai. 21. v. 3., Jerem. 13. v. 2., בְּמָתְנֵינוּ in lumbis noſtris, 1. Reg. 20. v. 31., אֵזוֹר מָתְנָיו cingulum lumborum ejus, Iſai. 11. v. 5., בְּמָתְנָיו in lumbis ejus, *vel* ſuis, Geneſ. 37. v. 34., 1. Reg. 2. v., וּמִמָּתְנָיו & a lumbis ejus, Ezech. 8. v. 5., מָתְנֶיךָ lumbi tui, 2. Reg. 4. v. 29., מָתְנֶיהָ *fœm.* lumbi ejus; בְּמָתְנֵיהֶם in lumbis eorum, *vel* ſuis, 1. Reg. 20. v. 32., Job. 12. v. 18., מָתְנֵיכֶם lumbi veſtri, Exod. 12. v. 11., בְּמָתְנֵינוּ in lumbis noſtris, Reg. 20. v. 31.

* אֶמְתָּן *maſc. Unde fœm.* אֶמְתָּנִי, *a Vulgat. redditur* mirabilis; *ſed vide ſupra pag.* 29.

מָתַן *Vide ſupra in* מות *pag.* 630.

מַתָּן *maſc.*; מַתָּנָה *fœm. Vide infra poſt* נָתַן.

מַתָּן Mathán, *nom. propr. virorum, videl. patris Saphathiæ, & Sacerdotis Baal*, Jerem. 38. v. 1., 2. Paralip. 23. v. 17.

מַתָּנָה Matthaná, *nom. propr. ſolitudinis, quæ poſtea fuit limes Tribus Ruben*, Num. 21. v. 18.

מַתְּנַי Mathanái, *nom. propr. virorum*, Eſdr. 10. vv. 33. 37., Nehem. 12. v. 19.

מִתְנִי Mithní, *Vulg.* Mathanites, *nom. patronymicum incolarum urbis Mathane in Tribu Ruben ſitæ, ut notat Hieron.*, 1. Paralip. 11. v. 43.

מַתַּנְיָה

מַתַּנְיָה Mathanias, *nom. propr. virorum, videl. filii Joſiæ, patrui Jaochin, & filii Micha*, 2. Reg. 24. v. 17., 1. Paralip. 9. verſ. 15.

מַתַּנְיָהוּ Mattaniáhu, *Vulg.* Mathanias, *nom. propr. viri*, 2. Paralip. 29. v. 13.

מָתַק Dulcis fuit, *vel* factus eſt, dulcuit : *metaphorice* gravis, gratus, ſuavis fuit ; *contrarium eſt ipſi* מָרַר. *Præter. cum affix.* מְתָקוֹ רִמָּה ſuavis eſt ipſi vermis, Job. 24. v. 20., *nempe* a vermibus depaſci ; *Nomen fœmininum Verbo maſculino adjungitur, quia de tota ſpecie, ſeu utroque ſexu intelligitur* ; *Plur.* מָתְקוּ לוֹ dulceſcunt ipſi, Job. 21. v. 33. *Particip.*, *vel nomen potius*, וּמְתוּקִים מִדְּבַשׁ & dulciora melle, Pſal. 19. v. 11. *Fœm.* וּמְתוּקָה שְׁנַת dulcis ſomnus (operantis), Eccleſ. 5. verſ. 11. *Futur. plur. in pauſa* מַיִם־גְּנוּבִים יִמְתָּקוּ aquæ furtivæ ſuaves ſunt, Proverb. 9. v. 17. *Hiph. Futur.* תַּמְתִּיק בְּפִיו dulce fuit in ore ipſius, Job. 20. v. 12., *Plural.* נַמְתִּיק סוֹד, Pſal. 55. v. 15., duce reddemus conſilium ; *LXX.*, *& Vulg. habent*, dulces capiebas cibos ; *Aq. vertit*, dulce fecimus ; *Hieron.*, dulce habuimus ſecretum ; *Pagnini*, dulciter communicabamus ſecretum.

מָתוֹק *maſc.* Dulcis, dulce, Judic. 14. v. 14., Proverb. 16. v. 24., Cant. 2. v. 3., וּמָתוֹק & dulce, Eccleſ. 11. v. 7., Iſai. 5. v. 20., לְמָתוֹק in dulce, Iſai. 5. v. 20., Ezech. 3. v. 3.

מֹתֶק *maſc.* Dulcedo : *Cum affix.* מָתְקִי dulcedinem meam, Judic. 9. v. 11.

מֶתֶק *maſc. Idem*, Proverb. 16. v. 21.

מִתְקָה Methcáh, *nom. propr. loci in deſerto, Thare inter & Heſmona, ubi fuit quarta & vigeſima Iſraelitarum manſio*, Num. 33. v. 28.

מַמְתָּק *maſc.* Dulcedo, res dulciſſimæ ; *Plural.* מַמְתַקִּים dulcedines, res dulciſſimæ ; *Sed a LXX. in* Cantic. 5. v. 16. *redditur* γλυκασμός ſuavitas ; *a Vulg.* ſuaviſſimum ; cap. *autem* 8. Nehem. v. 10., *ab eodem Vulg. redditur* mulſum.

מוֹתָר *maſc. Vide ſupra poſt* יָתַר.

מִתְרְדָת Mithridates, *nom. propr. theſaurarii Cyri regis Perſarum*, Eſdr. 1. v. 8.

מְתוּשָׁאֵל Mathuſaél, *nom. propr. filii Maviael*, Geneſ. 4. verſ. 18.

מְתוּשֶׁלַח, *&* *in pauſa* מְתוּשָׁלַח Mathuſála, *nom. propr. filii Henoch.*, Geneſ. 5. v. 21.

מַתָּרת *m. Vide infra poſt* נָתַן: *Sed* מוּתַּת *vide ſupra* מוּת *in Pih. pag.* 631.

מַתַּתָּה Matháth, *nom. propr. viri, qui uxorem alienigenam, quam duxerat, repudiavit*, Eſdr. 10. v. 33.

מַתִּתְיָה Mathàthias, *nom. propr. primogeniti Sellum*, 1. Paralip. 9. verſ. 31.

מַתִּתְיָהוּ Mattithiahu, *Vulg.* Mathàthias, *nom. propr. Levitæ*, 1. Paralip. 15. v. 18.

00050104

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 25 June, 2016